fleumate et tunc est pinguis humor et glutinosus. Aliquando
fit ex sanguine et tunc est humor subtilis et mordens. aliquando
est ex melancolia et tunc est humiditas et dimittes ad mo
dicum fluit. Aliquando ex fleumate salso et tunc est cum mul
to pruritu et scalpendi delectatione. hic igitur cau
sa antecedens purgetur cum catartico compete
nti. et si glandule uel scrophule sunt inde cum
earum cura subueniatur. post caput radatur. de
inde pustulis unguenta adhibeantur. Si enim
sanguis sit in causa extrahatur et si calidus
humor sit in causa potest fieri scarificatio de
inde supponatur puluis stercoris caprini uel ung
ularum caprinarum uel testarum auellanarum cum ace
to. et fiat unguentum ex litargiro cerusa ana ℥ iii.
tucie ℥ iii. galle ℥ i. grisi ari. draggan. ana ℥ ii.
puluis tempera cum aceto et adiunge tantum al.
olim... et fac unguentum et unge. si frigidus humor
sit in causa post purgationem et celebrationem
nem opiatarum et unctionis... requi
runtur tam calida quam frigida. si infans sit leuia
adhibeantur ut solum olim... uel oliuarum
per se. uel succo fumi terre. uel tapsi barbati. uel
bardane. uel lapacii acuti. uel enule. uel omnibus
uel quibusdam commixtis. maioribus fortiora ad
hibeantur. ut puluis litargiri. et tutie cum oleo tem
peratis ungantur uel galle. cortice malagranate
temperentur cum aceto et inungantur quod in
ea causa prodest. Item frondes ficus pistati quam
medulla ungantur si causa sit recens cum
aqua pistentur. Si uetus cum aceto. Oportet enim
intendere farmacie uirtutem. Item allium pista
tum nasturtium euforbium cum oleo... nucleos
tucos armoniacum et radices amigdalarum amararum. uiscus
squilla puluerizata. stercus columbinum cum

aceto. testis castanearum incensis et unio commixte
prosunt infantibus prodest et omne fel ualet et sup
ra unguantur oleo et pice liquida. hiis non conue
nientibus ad fortiora est recurrendum. Si autem pus
tule sint mixte humide lauentur cum succo fu
mi terre scabiose et sero caprino mixtis plurimum ua
let. De cura tinee.

In primo euellantur pili grossi cum forcipi
bus uel cum unguento hoc quod ℞ calcis uiue. auripigmenti ana coque cum forti lexiua ut psi
lotrum. deinde suffumigato et fomentato ad fora
rum apertionem in loco calido cum... uel illinias
post cum calida aqua pili remoueantur et si uis
prohibere generationem. Sanguine uesperti
lionis et ... sanguis humani succi plan
taginis ana commisce. et formicarum oua trita. Sepi
pulueris inge... sepius ... igitur continue fiat
unguentum ... lapacii acuti. enule e sca
biose. centauree contrite ana ℥ ii. per triduum
in oleo dimittantur. deinde liquor fortiter expri
matur post addatur picis liquide ℥ i. mastic
olibani ℥ s. auripig. litargiri ℥ i. pulueris alo
es et ... ℥ ii. hec omnia dum bulliant. deinde ℥ ii.
cere adhibeatur et cera liquefacta usui reser
uetur tinee et optimum est. De cura fauii

In fauo quod plurimum fit ex fleumate salso purge
tur primo humor in causa existens. deinde fac
eis gargarismatibus ex hiis que fleuma deponunt ut
staphisagria pipere piretro fiant inuictoria
cum litargiro uel carta bonbacina uel olibano
cum aceto mixta uel tartari ℥ i. calcis uiue ℥
aceto ℥ ii. cum aceto tempera et unge uel carbo
nem et litargirum cum aceto. Cibi autem flegmatis sub
trahantur. Item titimallum conquassatum
cum axungia per iii dimitte et assa quarta die
in eadem testa postea cola et fac bullire iter
ta et adiunctis cera et sulphure fac unguentum.
De cura tynee. ℂ Curabilis tinea alia re
cens alia uetus alia in puero alia in adultis. Item
alia uniuersalis alia particularis. Recens tinea le
nioribus curatur adiutoriis. et magis in pueris e
tatibus ut in infantia non consulimus ut diminua
tur humor potius extra fluere quam per exsiccati
ua intercludere. Si enim in primaciem transierit
curetur cum succo fumiterre. scabiose. lapacii a
cuti absinthii. simplicibus seu compositis uel
ex hiis et argento uiuo et sulphure et sagiminis fiat
unguentum. Item aliud. puluis ceruse. litargiri. galle. gu
mi. ana temperentur cum oleo et aceto et fiat
unguentum. post et addi bolus et acacia et hiis
similia possunt poni in pueris et in paruulis.
Et si excedit fortiora ut dicetur et in adultis
ultis si uetus est precedit purgatio et adiuta
ta purgatione celebrentur deinde localia. si un
guenta et empla et lexiue et lotiones ex urina
propria et farina fabarum loco saponis. Setis ta
men prius extinctis hec sequantur. Si ti
nea uetus est fortiora adhibeantur purga
tio igitur precedat cum yeralogodion si multis est cum
yera. G. si flictis et similibus in similibus. post

adhibeatur simplex cum herbis competentibus
et obviantibus cause ut prius in scabie. Item offe-
ratur opium appropriata cause. post caput
abradatur. deinde lavetur cum urina propria vel
lexivia ad modum lexivie. et inde lavetur cum
panno lineo bene siccetur. postea pix navalis
tracta ad ignem super pannum extensa super caput po-
natur. et sit ibi per .vii. dies. et tunc auferatur
et lavetur predicto modo. Item fiat unguentum au-
reum marciaton arrogon. et oleum laurinum ana
℥ i. vivi utriusque ellebori sulphuris vivi. ana ʒ i. commiscea-
tur et inungatur caput cotidie. Aliud experime-
tum. accipe oleum lapdanum quod fiat cum oleo. tunc cum
pulvere aque ad equalem quantitatem pinguem plenum adiun-
geatur et inungatur inde. tineam destruit et
capillos regenerat ut bis in septimana opor-
teat caput radi. Item accipe aliud .... salsum. et farinam
siliginis et nigellam et parum de gersima et mi-
nam tauri et succum lapacii acuti. et malvam et in-
unge caput. post cum enula campana et aur-
ungia inungatur caput. Item aliud efficacius ellebori
nigri castoreum optime terantur cum ace-
to et oleo laurino distemperentur et inungatur.
Item aliud quod tineam antiquissimam et allopici-
am sanat. Recipe adipis ursini. abdarcis. ana ʒ i. fi-
mi murium picis liquide olei nucis ana ʒ i. etc. Item
ellebori nigri pulveris tritum fel vituli. Item calx
aceto fex vini. calx viva. sulphur. staphisagria. ace-
tum cum sale vivo per se seu composita. si vero
pustule eleventur cum dolore superadde li-
molea litargirum. et pulvis calcis combuste addenda sunt.
Item unguentum excellentissimum ad tineam. Item Recipe
litargirum. calcis vive. ana ʒ xx. terantur cum aceto et
adiungatur oleum mirtinum. Item accipe salis fu-
liginem et oleum commune. et picis liquide terre her-
omnia simul et fac unguentum capiti tinioso capil-
lis prius rasis vel evulsis. Item accipe cinerem cla-
vellatum quo utuntur tinctores et fortissimo
aceto distemperetur et excoriatis vel ulceratis lo-
cis crescentibus quando renascuntur capilli inungan-
tur. Item unguentum optimum contra tineam lepram
morpheam malum mortuum scabiem. Recipe sul-
phuris vivi ℥ i. ellebori albi ℥ i. argenti vivi ℥ i. ci-
mini. staphisagrie ana ℥ i. ista pulverizata cum ℥
vi axungie porcine commisce et bene incorpora
et cum opus fuerit loca patientia inungantur.
Item ellebori vivi. atramentum viride ... auripi-
gmenti sulphuris vivi. pulverizentur cum pul-
vere picis navalis resoluta bulliendo incorpore-
tur. Et emplastrum suppositum tinee per .vii. dies
maneat postea lavetur caput cum decoctione
mediane corticis ulmi. vel capilli ... Item cum
melle ungatur et sepius radatur fimus et co-
lumbarum suppositus et mixtus butiro post unum
tum valet. Item accipe ellebori albi ℥ i. nucis communis
℥ vi. bene terantur et incorporentur. In hye-
me loco olei communis olei nucis ponatur. hoc
unguento tinea per .vii. dies vel per .v. secundum indigenti-
am caput inungatur et cum mollificata fu-
erit capilli radicatis evellantur et locus avulsis

inungatur et cum renascuntur caput cum lexi-
via lavetur et cum desiccatum fuerit psilotro in-
gatur usque quo capilli de facili valeant eradica-
ri lavando cum aqua. postquam autem psilotro ca-
pilli evulsi fuerint et ruborem aliquem cognoveris
iterum ungas predicto modo quousque caput appareat
sine rubore. scito autem quod rubedo est unum de signis
curationis. Et cum locus fricatus cito rubeat spes
non decet curationis. Et si sic cum non sufficiat
fiat unguentum. Recipe staphisagrie. elleborum album. auripigmentum. vini
olei. aluminis gallarum. ana ℥ i. fecis olei ℥ vi. de fla-
mula et abrotano alterum vel utrumque eruca agrestis. fu-
mi terre. titimallo. lapacii acuti. extrahatur succus
et bulliat cum fece olei post adde pulveres
et picis liquide ℥ iii. de hoc unguento caput inungatur
et fiat ut prius dixi. **De rima.** Superflu-
itas autem capitis quam salernitani ... vocant
huiusmodi unguentis curatur et precipue unguento supra-
dicto quod Recipe sulphuris ℥ i. et ellebori ℥ i. et valet
et ad salsum flegma et maniam que solet esse in cruribus
et ad omnem scabiem. Item aliud quod quasi invete-
ratam ut velud infra annum sine evulsione
capillorum sanat. Recipe flamule. eruce. abrotani agrestis.
fumi terre. artemisie. lapacii acuti ana manipulum i. et
pista cum oleo et dimitte per .v. vel .vi. vel .ix. dies
et postea fac bullire in eodem oleo. et cola et un-
ge et si volueris adde staphisagriam. ellebori albi et si-
milium ana ℥ i. et fortius operabitur. Quandam
autem tineam inveteratam cum emplastro facto de
farina siliginis cum urina tauri distempera-
ta cum evulsione capillorum curavit. emplastra enim
cum evellitur secum pilos eradicat et radices
eorum cum tinea post lavetur cum urina propria
et sic singulis diebus operantur usque quo caput
bene mundetur et si pannum vel ... post
singulis diebus post lavant cum aqua fontis summo
mane et curant. Si autem sint pediculosi ad-
inungantur predicto argentum vivum. et cinis filicis
et fiant remedia pediculorum. Si autem habu-
dant furfures ponatur semen urtice in aceto per diem
et noctem et post locione capitis hoc aceto inunge
ad ultimum de aqua pura. Item lavetur caput
cum vino decoctionis ... et pulverem
nepite superasperge et sit per diem et noctem et
post lavetur cum salvia. fiant et remedia de
infurfuribus quod si pili ceciderint predicto utere.
Et ad idem apes mulie incense et cum oleo ...
capiti minutim scarificato aspergantur. fel et
vituli diuturnam allopiciam curat capillos
renasci facit. furfures mundificat pruritum
tollit cum omne fel videtur conferre. Idem
facit succus cete cum aceto illinitum. Eufor-
bium quoque cum aceto idem facit. Ad idem fimus
caprarum et ungule combuste cum aceto valet.
Item ad idem testudinem marinam si carnes
ita incendantur et cinis cum aliis ℥ iii. in
cacabo cum medulla cervina bulliat in vino
capillos regenerat et allopiciam curat. ...
et ustulatum et cum aqua tritum et illinitum pro-
dest. Similiter agrimonia. De naris nigris

fiat. Verbena quorum et absinthii in leviter una coquatur
et inde liniatur. Item panis ordeaceus et carta
cum sale combinantur equaliter terantur et cum
adipe vetustissimo misceantur et ungantur. pellis et
capitis vulpis cum labiis excorticata combura-
tur et lacerta viridis amputato capite corpus
una die et nocte suspendatur post modo cum
pulvere coquitur et ungatur similiter ex pulvere ra-
narum et muris simul cum pice liquida et ex cine-
ribus nucis avellane unge sepius. De vulneribus capitis et cranei fractura cum cauteris.

Vulnus capitis aliquando fit cum
cranei fractura aliquando sine fractura
cranei. Iterum fractura cranei alia est cum
lesione pie matris vel dure aliquando sine. Iterum
pie matris vel dure lesio sive sit cum fractu-
ra cranei sive non. aliquando cum vulnere aliquando
sine. Item vulneris aliquando est parvum et strictum ali-
quando magnum. Et iterum fractura cranei a-
liquando est magna aliquando parva. Et iterum alia ma-
nifesta et aliquando non sed occulta. Fractura cra-
nei hiis cognoscitur. cadit enim virtus appetiti-
va et digestiva. adsunt vigilie graviter dor-
miunt graviter egerunt et cum difficultate urinant
et febris ueratur discrasia. si nuces oblate vel
avellane inter frangantur. crusta panis inter
masticatur. filum vel corda lire tenta a dentibus
tensa et percussa inter sustinentur. et hec accidentia
et signa cranei fracture sive sit cum vulnere
vel sine. sive vulnere sive cum lesione miri-
gae capitis sive non. Semper autem cranio frac-
to timendum est de lesione pie matris sive dure ma-
tris. Si autem aliqua miringa capitis id est pia mater
vel dura mater lesa fuerit hec erunt indicia.
dolor adest capitis febris lenta et singulis diebus
augmentatur. detorquentur anguli oculorum.
rubor genarum quod est signum commune in omni
lesione capitis. emplastrum suppositum cito desicca-
tur. cutis arida et sicca reperitur. et desiccatio
emplastri signum est fracture cranei. Et sic vo-
lunt experiri in parte opposita petia panni linei
vel serici madefacta oleo infusa et in eo in-
corporatus sit pulvis subtilissimus olibani per
noctem ponatur que si mane desiccata inve-
niatur constat cranium vel aliquam miringam
esse lesam. Dure matris lesio cognoscitur do-
lore capitis. rubore faciei incensione oculorum
mentis alienatione. nigredine lingue. pie
matris lesio cognoscitur per virtutum animalium de-
fectum. ut scilicet per defectum elevatione visus
et cetera. vocis immoratione. fluxu sanguinis vel sa-
niei ab auribus vel a naribus. constrictione ven-
tris. febre. rigore bis vel ter. quando in die supve-
niente quod est deterius et est signum mortis.
pustule et quandoque solent elevari et omnibus hiis
signis vel pluribus supvenientibus ad plus usque
ad c. dies mors poterit elongari. Si autem ac-
cidit vulnus in contumacie capitis ante vel
retro ad substantiam cerebri procedens mortale est.
Si autem descendat a superioribus ad inferiora ad
cerebrum non procedens quamvis penetrans per an-

teriora vel retro exeat vel per aliam partem mortale
non est. Interdum autem ipsum cranium ad in-
teriora plicatur et motum non cedit. Unde ad-
sunt vigilie multe et insompnietas et inpugna-
tionum hostilium in sompnis apparitio. et in sompno
quasi freneticus efficitur ut videtur assurgere
et arma arripere et terribilia facere. Interdum
autem cranio illeso ex percussione fit tumor quod
cognoscitur signis contrariis premissis dictis. bene
enim appetit retinet digerit et expellit et dormit.
nulla sentitur febrilis discrasia. Hec sequuntur egrum
a fractura cranei et lesione miringarum. Tumor
quidem si sit solus sine fractura cranei dissolutivus
medicandus est ut emplastro facto ex arthemesia ru-
ta absinthio cimino et cetera et similia que maluis in
moribus pistatis et coctis modo communi et mi-
tociens removetur et similia que malvis tu-
moribus dissolvendis apponuntur. Et si sic dissol-
vi non poterit videtur materia ad saniem ten-
dere. apponantur igitur emplastra maturativa absinthii
et malue communis et arthemisie ana manipulum i. conte-
rantur cum ℥ iii. axungie et simul coquitur et
incorporentur quibus addantur iii ℥ farine fru-
menti et addatur parum vini et ℥ iii mellis
et coquitur ad ignem ad spissitudinem veluti
emplastrum vel aliud maturativum ut in apostema-
tibus dicetur supponatur usque ad perfectam matu-
rationem. Maturationis autem signa sunt dolor ma-
ior et punctiones et mollities. Ubi vero tumor ma-
gis dependet completa maturatione cum flo-
aperiatur et sanies tota exprimatur et tunc appo-
natur tractus et sequatur cura ut in apostema-
tibus demonstratur. Embroca in hyeme.

Si autem fiat sine fractura vulnus cranei, sta-
tim de panno lineo cum albumine ovi infuso et ali-
quantulum expresso totum diligenter undique
repleatur. Deinde supponatur emplastrum secundum diversita-
tem temporis quod saniem generet. In yeme tale.
Recipe foliorum mole malue viscique branceursi-
ne. pistate nolubilis maioris ana manipulum i cum lb.
i axungie pistentur et coquantur ad ignem
quibus admisceantur farine seminis lini fenugreci
ana ℥ ii. farine tritici ℥ iii. et suavi fiat coc-
tio ad lentum ignem ad spissitudinem. Embroca in estate.

In estate tale. Recipe i foliorum malue piste-
tur cum ℥ iii axungie antique non salite
et ex solatro et memitha et bla mol. extrahe
succum et pro memite si caro ueris pone um-
bilicum veneris vel cassillaginem et misce cum
succo tantumdem vini quibus admisceatur fa-
rine tritici et mellis ana ℥ iii. ad ignem agitan-
do quousque inspissetur. Deinde reservetur et po-
nendo supra pannum extendatur et superponatur
tangendo labia vulneris quousque vulnus sana-
verit. generata autem sanie pannus sicut in vul-
nere intrandus est quousque desiccetur. desiccato
vulnere superponatur carpia et sic in crementum
carnis subtrahatur carpia paulatine et sic
facta desiccatione vulneris ut ante inungi-
tur cum unguento fusco cirurgico quod omnibus

uulneribus confert carnem laudabilem et sanie
generat et extrahit mundificat putredinem.
Unguentum fuscum. Rx. olei communis sepi arie
tini ana lb. ii picis naualis lb. s. picis ℥. iii. cere in esta
te ℥. ii in yeme ℥. ii. mastic. galbanum. olibanum. ar
moniaci. serapini. oppoponacis ana ℥. s. liquida cum
oleo liquefiant et puluerizanda puluerizentur
et ad ignem agitentur. Et cum decoctum fuerit
addatur terbentina. et coletur et reseruetur.
Signum aut decoctionis. sed quod gutta posita su
per marmor digito adhereat et non dissoluatur. Tin
ctus. Al' ad plagam sanandam omnibus sanans et
mundificans fit ex albumine oui et melle cru
do et farina siliginis ana. et succo apii in maiori
quantitate quidam addunt succum lapacii et con
solide maioris et hb' uiol. Al' quod mundificat
et consolidat. summitatum apii. rubi. urtice
corticis. succus extrahatur cui addatur mel. fa
rina siliginis ad libitum. album oui uno incorpora
tur. i. celeriter sanat. Unguentum bonum q. Rx. lan
ceolate. plantag. bismalue. betonice. cum sagimi
ne taxonis aut porci. et sepo yrci et butiro et mo
dico cere. misceantur et ad ignem coquantur et co
lentur quibus colatis addatur thus et reseruentur.
Al' optimum acc. baccas lauri. xl. ari. c. et al' the.
oste et al adipe ursino tertia parte lardi porci.
ul taxonis si recens est plaga. Si purganda cum
melle bullita confice et ute cito sanat. Al' p
ciosum quod ualet ad scabiem acc. fimi. lanceola
te. quinquefolia. mille folia. consolide maioris et
minoris. pirarie. bugle. scabiose. pigle. sani
cle. ana. m. i. conterantur in mortario et cum sag
mine porci ueteri non salso et computrescat totum
per tres dies. deinde bulliat et addatur cera. et tbl'
et pro scabie sulphur. argentum ui. coletur et usui
reseruetur. Unguentum album. Unguentum album
ad plagam angillas coque in aqua et collige pin
guedinem supernatantem et acc. adipe de gallinis
anseribus et scrophis sine sale et succum rute. sal
uie absinthii. edere terrestris. cinoglosse. arthemi
sie. cuute. marrub. ligni ar. iusquiami. sanguinis dra
conis. libani. aloes. mirre. amoniaci de singulis ana ℥. i
de herbis succi trahantur. farine uolatice. ossi
um dactilorum. ce. cerusa. sandal. acacie ana ce
quantum sufficiat ut album fiat. Tract. Tract
ad aperiendum sanandum purgandum dol. mitigand
carnem mortuam et cancrum auferendum. Rx.
succi ebuli. absinthii. amarum. rubi. urticarum. ma
iorum apii. succorum omnium ana. albumina omnium
farine siliginis coque donec spissum sit. Si
profunda sit plaga licinium per inunctum intus ponna
tur. Si aperta sit supra pannum extendatur et sup
ponatur. Si uehementer desiccetur cum succo apii te
neatur. Unguentum ad plagam. Rx. cere recentis ℥. i.
picis coloplonie. ʒ. ii. s. sepi arietini. ℥. ii. et sil
de oleum et super ignem commisceantur ut fiat un
guentum. Commendatur autem unguentum hoc et trac
tus et potiones in aliorum membrorum uulneribus
ut in capitis prodest. Puluis ad plagam stringen
dam ualet et ad uuluam mulieris ut si uirgo ap
pareat. Rx. mirre. thuris. mastic. colofonie. ammoni
acum. aloe. galle. gipsi. cornu cerui usti. aristo
logia ro. ana. terantur subtilissime et cum opus
fuerit intus aspergatur. Puluis rubeus. Puluis ru
beus sanguinem stringens ossa et carnem conso
lidans carnem et pellem cito regenerans. Rx. con
solide maioris ℥. i. bol. ℥. i. picis grece. ℥. iiii. san
guinis draconis. mumie. ana ʒ. ii. terantur et usui
reseruentur. Potio ad uulnera. Rx. sanicula. sanam
dam. cumin. canabum. se. caul. iii. consolida mi
noris. rubeam m. i. conterantur et in uino bulliat
perfecte et post per noctem in uino morentur. mane
colentur post cannam separetur et detur et reliqua
reseruentur. omne uulnus curat si posito folio plan
taginis. Al'. Rx. caul. iii. canabum apium
et rub. ma. eodem modo. Al'. rub. maior. ca
ualaria. herba roberti. herba galteri. fragaria. agri
monia. pes columbinus pimpinella. gallitricum. in
uincos. absinthii. armentinum triplex bulliat in ui
no ut supra. Item bugla pigla. i. lingua auis ca
rota. i. sanicla. consolida ma. i. gariofilata. uulpecula
rubea maior bulliant in uino ut dictum est in estate
addantur uiole arnoglossa. lanceolata. Al' api
um. arnoglossa. lanceolata. auricula. consolida
utraque. rubea. caul. bullita eadem operantur. Al' fit
ex sanamunda pimpinella saluia. senecion
agrimonia pede columbino. plantag. centino
dio. lingua auis. serpentina. Si febriter omnes pa
nes coquantur in aqua et adde zucc. si uoluerit
ad dulcorandum si non coquatur in uino et ad
de mel si uoluerit et detur mane. et si bene bi
le impleuerit exitus melius. Alia potio fit ex
herba roberti. herba galteri. sanicla. betonica. pi
losella scrophularia ebulo pimpinella agrimonia
uiol. lapatii acutum. bullitis ut dictum est. Item alia
fit ex sanamunda. betonica. saluia. edera terrestris
agrimonia pilosella pimpinella uiol. plantag.
melagine terantur et extrahantur succus et cum
uino bulliat et potetur cotidie semper minuendo
melaginem melago apponitur ne claudantur.
abstineat a lacte caseo et ouis et fructu et car
nibus nisi castratis panem azimum comedat
et betonica dolorem tollit et sanat. Edera terrestris
mundificat et curat. uiola sanat. plantago cal
lorem et curat. agrimonia desiccat et mundat
pilosella mundificat. Item anglica betonica
agrimonia pilosella edera terrestris septenerua
uiolaria sed minus. Si minus de anglica coquatur
in uino et tribus uicibus potet in die. Quo sito et plu
ries potauerit sanabit citius. Item piloselle suc
cum da bibere uulnerato quocumque loco si retine
tur moritur et si non uiuet. tunc primo planta
ginem et frangariam da bibere secundo die gariof.
adiunge prioribus. tertio die pilosellam appone
quarto die pimpinellam. Quinto ederam terrestre
tum sacietis. uii. diebus subtrahere debes singil
latim eos incipiens ab edera usque ad primam que
est frangaria. Item betonica agrimonia. frag.
asari. uiol. lingue bouis. ambrosie. planta
ginis quinque folia. pipion. pice lingue. pipinel

Pro ut amplius uirgo appareat et pro pulu... ad uuluam

Potio ad uulnera

Pro ... de uulneribus

Pro ... hic ... commendo ...

le. an. a. i. tere quousque minuo et adde mel. cola
et appone pisentis o grana si non febrient quando
frequentius biberit celerius sanabitur. Generaliter
abstineat et ab omnibus contrariis. ¶ Pocio
optima fit ex caul' rub. et rubea et tenerit abru
minis et canabi vel tenentate ipsius herbe et sa
namunda et consol. min. et sanicla. an. sed rubea
duplicetur. hec omnia in vino decoquitur in vino
usque ad diminucionem tercie partis potest autem
apponi mel delicatis detur mane et sero. Cu
rantur plage quidam sic. Inprimis lavant
plagam aqua tepida postea vetus sagimen vel lar
dum tritum cum absinthio. tribus diebus imponunt.
Deinde albumen ovi cum licinio. iii. diebus et inte
rea dant pocionem confectam ex vino vel cer
visia cum melle cum quo bullitus sit succus
consolide minoris et semele et absinthii et fenicu
analiqui die ieiuno aptum plenum et per multis
potius exiens dol' mitigat. Deinde apponant un
guenta ad consolidacionem vulneris mundifi
cati. acc. olibani. sarcocolle. an. de aloe quantum
est medium istorum contere et in pulvere redi
ge amplissimum vulnus consolidat. pulvis cor
nu cervini vulnus claudit malum hu. tollit
et exsiccat. De accidentibus accidentibus in cura vulnerum

¶ In omnibus autem vulneribus tempus et etas et loci
et complexio diligenter attendenda sunt ut ea frigida et sicca
humidis et ea contemperentur. sicut omnium etiam
membrum humidum ei thus magis valet. In sic
cis aristol. et vitriol apposita. In emplastris et tractibus
ad desiccandum mediocriter. Vulnera enim indigent
sanacione mundificacione et consolidacione que
omnia unico mistro vel tractu vel pocione possunt
compleri. Sed nota quod si fuit vulnus in sola cu
te non indiget ut apponantur nisi sola stu
pa minutim carpinata et inversa sicca. vel albu
mine ovi infusa usque ad perfectam curacionem
bonum est autem ut post primam apposicio
nem simplex non fiat mutacio usque ad duos
dies in estate. vel iii. in yeme. Sic enim fit meli
or sanacio et sedacio sanguinis. Oportet autem conser
vare membrum unumquodque in sua naturali crasi vel
ad eam reducere. Unde si duo vulnera in sa
no equalia et unum in humido et alterum in
sicco. In humido magis vivitur thure quia est
minus sicc. In sicco magis aristo. quia siccior est in
tractu vel in emplastris. et hoc si vulnus est in pro
fundo. Item in humidis vitreolum carnem
minuit. In siccis reparat et consolidat. Flos in
siccis minuit et non consolidat sed corrodit. Fuit
autem in vulnere pustule aliquociens et loc'
est temperatus et bene tractabilis et hoc est bonum
signum et maxime si labia inflantur leve aliquo
ciens attenuantur labia et exsiccantur et aliquando
nigrescit locus et est durus et male tractabil'
et hoc est malum et est signum erisipile. Si in
grescit quia exadustione cum frit est fulbuem
cadum ut in plagella intincta in succo sola
tri semperviv. vermicularis. umbilici ve. usque
in ad mixto albumine ovi et oleo ro. et viol. et
sandali al. et ru. De superflua sanie. ¶ Multa autem
et superflua sanies fit in vulneribus aliquando propter nimis
fortem medicinam dissolventem nimis aliquando
propter debilem que parum exsiccat. Aliquando propter debilem
que parum exsiccat. Si sit propter fortem medicinam
vulnus est magis concavum cum rubore et duricie
et dolore et ardore et est sanies subtilis. Si propter medi
cinam debilem sanies est multa grossa et visco
sa sine predictis signis. Si ergo est propter medicinam for
tem apponenda est debilior. Si propter debilem forcior.

De discrasia orta in vulnere ¶ Si autem discrasia
accidat vulneri ut calor vel frigus et sic. vel hu
miditas. Unde differtur sanacio. sananda est
per contraria. Si autem in nascitur fistula vel
cancrum. Si colleccio primo ipsa sananda est
deinde vulnus. Calide autem discrasie vulneris
signa sunt rubor et intensio coloris. Sicce vero
siccitas et duricies. Alio modo de eodem vulnere in ali

¶ plaga autem facta cum lancea qua parte corporis
et similiter in aliqua parte corporis excepto pectore et capite
to capite primum secundum aliquos pone lardum quan
tum longa tibi videbitur plaga. et unguento
fusco unge. Tunc vero pultem compositam
hoc modo pone. vinum farinam oleum commune
mel rutam salviam absinthium trita cum axun
gia porci omnia equali pondere pone in sartagine
et fac fervere. et post cum panno superpone quousque
plaga siccetur. Memento autem quod unaquaque die
bis mutetur nisi in prima die. et lardum impone
eque quantitatis usque ad v. dies. Deinde unaquaque die
pecia ut caro consolidaverit paulatim lardum minue
quousque plaga tam clausa videatur. et tunc impo
ne emplastrum aliquod. In capite autem non oportet ponere
pultem hanc quia non convenit. ubi pili nas
cuntur propter constriccionem pororum. et hec sunt unguenta
emplastra. pociones et curacionum diversitates ad
utilitatem et eleccionem medici proposuimus
generaliter. Sed in speciali cura capitis vulneris sine
fractura cranei. Si plaga magna fuerit consu
everunt quidam in duobus locis vel tribus suere
cum acu et filo serico. Inferiore parte foramine
relicto. et tonsis capillis embrocam que fit ex
vino oleo et pane. non ex toto asso simul ad ig
nem confectis supponere et post unguento fusco
curare. Alio modo solo divino carmine confisi
sunt quidam experti posse omnes plagas curari
hoc scilicet Empiricum carmen ¶ Tres boni fratres
per viam ibant et obviavit eis dominus noster Ihesus Christus
et dixit eis. tres boni fratres quo itis. Unus
ait. Imus ad montem oliveti colligendo her
bas percussionum et plagacionis. et dixit dominus noster
Ihesus Christus. venite post me tres boni fratres et
iurate michi per crucifixionem domini et per lac
virginis ne in abscondito dicatis nec
mercedem inde accipiatis. et accipite lanam
succidam ovis et oleum olivarum et ponite in pla
gis et dicite sicut longinus ebreus cum lancea
in latere domini nostri Ihesu Christi percussit nec sangui
navit nec ranclavit nec doluit nec putre
dinem fecit nec faciat plaga ista quam carmino

Signa mortalia de vulne[re]

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. ter dicatur pater noster. **Signa mortalia.** Signa morti fera vulneratorum sunt si consolide medie et bullionis manipulum terras et cum vino dest[illato] succum bibere si vomat morietur. si non vivet. Item pimpinella trita cum aqua potata. si statim per plagam exit morietur. Item lactuca al[ias] terra potata si vomatur morietur. Item succus pilosselle sic potatus reiciatur morietur. Item succus pedis columbini et ganofilate potatus si sine immutacione potatus exit per vulnus in ea qualitate et quantitate qua potatus est morietur deficit ei virtus digestiva et immutativa. **De fractura cranei cum amplo vulnere.** Si fractura cranei cum magna et amplo vulnere. Si os vel aliquid aliud sit extrahendum nisi timeatur emorroisagia vel debilitas statim extrahatur et tunc pannus subtilissimus de lino vetus de lino inter craneum et duram matrem caute aliquando cum penna intromittatur. In ipsa autem fractura cranei pannus subtilissimus de lino vel de serico quia melius est imponatur ita quod si duo panni immittantur ad defensionem et expulsionem putredinis extrinsecus fluentis ad duram matrem quod etiam competenter fieri potest de spongia marina lota et exsiccata. Cum bibit ei superfluitates advenientes ad locum aliunde prohibet demanare convenienter et similiter idem potest de purpura vel samicto vel pallio quorum spissitudo resistens putredini fluxum prohibet ab exterioribus admittere cum valet et ad idem tamen pannus de lino vel de serico. Vulnus autem exterius pecia panni lini albumine ovi infusis et parum expressis impleatur et plumaceolus desuper ponatur. et ligature secundum varietatem capitis applicentur et bis sive ter in estate in die mutentur. Super partem autem vulneris ne sanies intus fluat paciens collocetur et sic semper usque ad perfectam reparacionem cranei insistatur. Si autem super duram matrem aliquid vero superflua evenerit spongia ampla lota et sicca quousque corrodatur supponatur. reparato autem cranio si super ipsum craneum caro superflua excreverit reparatum cum vino decil[?] corrosione secure curetur et vulnus exterius cum panno solo et carpia perfecte curetur. Vulnere autem consolidato aplicon cirurgicum est supponendum quod valet ad ossium solidacionem et splenis tumorem et pectoris dolorem ex fractura vel ex concussione vel percussione vel casu. **Aplicon.** Recipe picis navalis lb. s. picis grece lb. s. galbani. serapini. armoniaci. oppopanacis ana ℥. s. cere ℥. iii. mastice in rosine ℥. ii. aceti lb. s. conficiantur sic. galbanum. serapinum. oppopanax. pix navalis in aceto super ignem in stagnato liquefiant et cum pix in frustum in aqua frigida positum se tenuerit et colorem mutaverit in citrinum pix greca et mastix et olibanum amborum ana ℥. s. pulverizentur et cum supradictis incorporentur super ignem et cum de albedo in citrinum mutaverit quod est signum perfecte decoctionis ab igne removeatur et terebentine ℥. i. apponatur et tunc super aquam frigidam

coletur et manibus inunctis oleo laurino vel alia pinguedine malaxetur iuxta ignem quousque aqua effluxerit et consummatur. tunc magdaleones informentur et reserventur. **De fractura cranei cum stricto vulnere.** Si fractura cranei est magna os autem vulneris strictum unde de quantitate fracture cranei constare non possit. tunc digito vel digitis intromissis diligenter reperitur. Cadu cum digito verius certificatur. certificata autem quantitate fracture. Vulnus strictum in modum crucis incidatur cum rasorio ancipiti tulum amplius et quattuor [?] a cranio cum rugine separata et replicata super caput et nisi sanguis multus impediat si os fractum extrahendum est cum pincecol si fieri potest illico extrahatur. Quod si sanguis impediat ab extractione differendum est usque cessaverit per se vel suo beneficio. et pannus intromittendus modo predicto per unum diem vel. ii. vel. iii. quousque sedetur et tunc extrahatur os fractum et tandem inter duram matrem et craneum modo predicto immittas et que docuimus inter craneum facienda diligenter prosequaris super craneum et plicata quattuor in eorum angulis panni linei cum albumine ovi infusis imponatur et plumaceolus de panno supponatur et secundum varietatem capitis ligetur et amane insero vel contra dimittatur et cum redieris et ligaturas dissolveris si quattuor tumefacta et augmentata cognoveris bonum signum iudicabis. Si non contrarium et hoc modo est insistendum quousque craneum cognoveris plene reparatum. et tunc panni iminatur et quattuor ad locum pristinum proprium reducantur et tunc est cum carpia vel alio panno secure curentur. Nam quando fractura cranei est solum pannum immittimus a secundo die vel tercio infusum in albumine ovi. Unguentum vero vel aliquid unctuosum nequaquam et insine apostolicon quod unctuosum nequaquam super corium ut diximus. Et non quod pannum inter duram matrem imaginata. intinctum prius in rosagiam et super pannum plumaceolum alium et tercium vel de stupis intinctum. Quidam solent ponere et cessante sanguine loco cranei extracti peciam aphidemazer aut laminam auri solent imponere quod hodie dimittitur. Nota et quod leve sigmemor carnis excrescentis corrosionis et spongie locionis per salsedinem maris et quidam pulmonar super caput iudicant aligand. Nota quod in nullis vulneribus nisi in fractura cranei solus pannus sine arbitrium nostrum est ponendus infusus vel super craneum et secundo die vel tercio non infusum nec ungimus in subcranneo influat ut ponimus. **De fractura cranei.** Aliquando fit de craneum ad modum rivuli ut pars parte depressior nec elevacior altera videatur. Unde fit tura. Sed si infirmus teneat os clausum et nares et fortiter fluet et per rimulam aliquid exalaverit fractura esse iudicatur cranei usque ad cerebrum tunc si vulnus strictum ut supra elargetur et nisi sanguis vel aliud impediat cranium tunc cum panno vel rimulam excraneum

Recipe de emplastro aplicon



viii. s. inter duram matrem et craneum. aliqui dicunt fractura cranei vel per exterminacionem [?] craneo [?] supponatur.

parte cum summa diligentia et cautela perforetur
et foramina competentia prout tibi videbitur
expedire fiant. postea cum spatumine ab uno fo-
ramine ad aliud mediatur ut ab una extremitate
ad aliam incisio extendatur ut putredo diruat
super cerebrum bombace subtilissimo vel panno li-
neo cum penna in mussa ex obliquo extra valeat
deinde cura ut supra diximus diligenter adhibeatur.
Si fractura cranei ita stricta sit ut in alia parte
tantum depressa ut frustrum non valeat de
facili separari ex illa parte cum adherere frustulum
perforetur et foraminibus competentibus prout tibi
visum fuerit factis cum spatumine alius curam
ut supra docuimus diligenter exequaris. De cute ca-
sa et fractura cranei cum cute quod [illegible] sunt.

Si gladi-
o vel lapide vel alio casu cutis incisa cum parte cra-
nei dependeat cutis pendens per medium usque ad
cranium fractum incidatur et os cranei ungue
acute separatum et tunc cutis cum acu subtili quadra-
ta et filo serico [?] parte suatur a parte supe-
riori incipiendo et fiat unus punctus nectatur fe-
ritur et ad mensuram uncie alius punctus et eodem
modo firmetur et sic inferius usque ad finem ex u-
traque parte. Inferior tamen pars relinquatur aperta
in ima parte ut vulnus per eas purgetur et super su-
turam pulvis rubeus ponatur et super pulverem
folium plantaginis vel aliud folium. In ipsis autem
extremitatibus inferius immittatur et plumaceo-
lus de panno supponatur quibus ablatis sanies
comprimendo ad inferiores meatus possit desce-
dere et vulnus curari valeat et mundari. hic pul-
vis usque ad ix dies vel xii bis in die quousque carnem
videamus subcrescere et consolidari. et postea punctos
tunc dissolvimus et filum extrahimus et sic usque
ad perfectam curationem cum panno et carpia
et aliis curare laboramus. In incisione autem facta
a medico in media cute imponatur pannus siccus.
Cetera autem intra cranium et extra inveniuntur ut
in aliis curis prediximus est prosequenda. Quod si pa-
rum de osse cum cute adheserit ita quod non sit per-
foratum totum pars ossis acute separetur et ut
proxime diximus cetera perficimus preter quod quia
non oportet cutem findere nec intra cranium aliquid
immitti. Quod si cutis sine cranio a capite sit sepa-
rata eadem est cura quam diximus et non quod omne vulnus
in commissura capitis ante vel retro capitis ad
substantiam cerebri procedens mortale est. Si vero per
aures vel nares vel aliam huius partem ad cerebrum
non attingens ad inferiora descendat mortale
non est. Et de vulneribus omnium talium cum suf-
ficienter dictum est. De cranio perforato. Quod si
cranium perforatum sit sagitta infixa per medium
ut ex alia parte exeat si signa illaudabilia se-
quuntur cutem ex alia parte ex qua exit scindimus
et a cranio separemus cum ungue et sic statim n-
ullo obviante impedimento si potest cranium
iuxta ferrum in modum crucis perforetur ut mo-
dis convenienter elargetur et sic ferrum cute
extrahatur et ab alia parte lignum educatur. Iterum
si aliam partem non penetraverit et signa lauda-
bilia usque in v vel vii apparuerint iuxta lignum vel
ferrum inheresis cutem incidimus et modo predicto a cra-
nio separamus et cum subtili trepano perforamus et
sagittam evitamus deinde extrahimus ut in fractu-
ra cranei diximus. Quod si cranium ad interiora appli-
cetur. unde predicta sequuntur accidentia cutis usque ad
cranium in modum crucis cum rasorio findatur
et cum ungue scarnetur et a cranio separetur et to-
ta cum trepano plicativa perforetur et totum illud crani-
um fractum removeatur deinde ut fractura cranei di-
ligenter curetur. De dolore capitis et eius speciebus

12 Dolor est sensus rei contrarie id est diversi subite mu-
tante vel solonis continuitatis. Mutatur com-
plexio subito aut ex simplici distemperantia quali-
tatis vel qualitatum. aut ex distemperantia humoris
simplicis vel humoris qua vel [?] aut ex caliditate
aut frigiditate aut siccitate. aut humiditate. dolor
fieri non potest quia omnis qualitas eius est cum hu-
mido et agitur cum sicco. Cum humido igitur est sensus le-
vis et parvi opilatio et continuitatis solutio. Ex mutatione humoris fit
aut colere. aut fleumatis aut sanguinis aut melancolie. aut hu-
moribus compositis. Item sicut fit mutatio causa
accidentia intra. sic a causa extra contingente sicut ardore
solis evocante humorem ad cerebrum aut ipsum cale-
faciente aut ex frigiditate constringente et tunc ut
plurimum sequitur reuma. accidunt autem ex vini
et potatione et crapula multi vini et fortis et cum
ex medicina laxativa nimis evacuante. et est de evacu-
atio propter tractum et turbationem humorum et spirituum.
fit et ex fetore forti et odore non consueto ut sto-
racis et aromaticorum et menstruis fit et evacuatus ab
[?] et est ex apostemate quando accidente in inferiori-
bus ut intestinis pectoribus et similibus et tunc fit ex
compassione quia ante advenente in ipso cerebro
ut in frenesi. Unde primo notanda talis divisio. Do-
lor capitis quidam est de primata causa ut aut ex sim-
plici distemperantia aut composita. et hoc aut cum hu-
moris motu aut sine. aut ex apostemate aut ex ipsi
naturali complexione aut compositione ut [?]
[?]. aut est de remota causa et hoc duplex. aut
extra aut intra. ut ardore solis et similibus aut intra
et tunc ex compassione. aut ex raptu et ascensu et
tunc in hiis non regulam. Omnis dolor capitis ex p-
rimata causa continuus est. de remota si sit intra
precipue ut ex indigestione stomachi vel fumo cole nisi ex
compassione vel ex raptu interpolata est. Talis
divisio est aut est universalis aut particularis. U-
niversalis dicitur cephalea vel cephalargia id est capitis
labor. vel cephalopomia id est capitis pena. particularis. aut
medie partis capitis scilicet dextre. aut sinistre et dicitur
emigranea aut unius partis capitis et dicitur
monopagia scilicet anterioris vel posterioris. Item dolor
capitis aut morbus per se aut sinthoma alterius
morbi. aut accidens aliquando accessus cretici. dolor
creticus paulatim venit ad augmentum. Sinthoma-
ticus fit ex malicioso fumo petente cerebrum
et cum impetu fit dolor subito ut in terciana inter-
polata dolor enim est mutatio facta cito. Item dolor
capitis aut est cum febre. aut sine febre. cum febre
aut est a causa extrinseca aut intrinseca ut ex

fineia a causa intrinseca ut cretica aut sinthomatica. ex-
ca ut fluxus sanguinis vel vomitu que quam non de-
ex sinthomatica. aut est a causa primitiva vel remota.
ut supra sine fe. similiter a causa primitiva vel remota. primi-
tiva autem causa aut ex naturali dispositione ca-
pitis ut initiate spissitudine debilitate ventositate
aut accidentali generata in ipso capite aut colera aut
melia vel alio humore. dominante in ipso mutante
ipsius naturam ad contrarium. per diuturnam
autem moram dispositio in naturali in naturam con-
vertitur ut a consueto non fiat passio. Remota
autem est extra ut supra. aut inanitione aut repletione
aut inanitione aut ab extra. aut sed repletionis hu-
more. innaturali fumo. vel ventositate vel ab o-
mnibus aliis membris. frequentius autem ventositas
est primitiva causa doloris et inflationis et iama-
ne. fit dolor capitis ut per medicinam et ieiunium
et alia que maniunt corpus ut fluxu sanguinis
vel ventris ex replecione. Item que est ex cibis vel po-
tibus assumptis ultra proportionem calidis vel ventosis
vel nimis acutis ut alliatis piperatis vel ex hu-
moribus fleumaticis vel colericis vel melancolicis vel nimis spis-
sis vel glutinosis vel liquidis quorum fumus re-
plet capitis turbas. fit autem in viris et mulie-
ribus ex corruptione spermatis que in viris facit a
melancoliam. In mulieribus suffocationem matricis.
fit et ex retentione menstruorum et emoroydarum. pa-
ter igitur quod dolor quadrupliciter variatur. aut secundum essen-
tiam aut secundum sinthoma. aut secundum causam. aut se-
cundum locum. ab essentia et loco accipiuntur causarum
signa ex sanguine. **De dolore capitis et eius speciebus**

Dolor igitur infirmus est. calidum enim infigit humido et
pungitivus est cum colera et hoc accidit vel propter con-
tinuitatis separationem et extenditur colera
in panniculo secundum latitudinem aut quia equaliter
non sentitur quod accidit quia panniculus non est equalis
in durities et lenitate et mollicie. Durus enim repel-
lit molle. passibile est cum facilitate et contingit
in panniculis costas vestientibus. aut quia partes
membri in quo est colera non equaliter move-
tur ut diafragmatis aut quia partes non simu-
lantur in complexione vel compositione. aut quia nocumen-
tum non equaliter advenieus partibus. perforativus do-
lor accidit ex ventositate vel materia grossa colica
in fra membrum panniculosum ipsum rumpens penetrans.
similiter sicut ac si terebello perforaretur. accidentalis
est eadem materia in eodem membro. Sed penetrat
secundum longitudinem magis et retinetur hora qua
rumpit. extensivus qui nervum aut musculum ex-
tendit aut ipsum trahit ad suas extremitates. vel
ex ventositate ibi operante. laxativus est ex ma-
teria humida que carnem musculi extendit
et non ipsius cordam. et est panniculus. stupefac-
tivus est ex excellenti frigiditate aut calore repel-
lente aut spiritum congelante expellente. aut mem-
bra humiditate replente. aggravativus est de ma-
lencolia ponderosa. vel de apostemate membrum compri-
mente. deambulativus est ex ventositate grossa
leviter se diffundens per partes corporis. fran-
gitivus est ventositas inter os et eius panni-

culum aut frigus panniculum fortiter stringens.
continuus est ex materia solvens continuitatem
inter musculum et suum panniculum et lacertum. pul-
sativus est ex apostemate ca. in sensibili vel membri
sensibile iuxta quod existunt arterie semper
pulsantes. alio enim membro sano pulsatio non
sentitur. sed ab infirmo. secundum autem seu fuit in mem-
bro frigido seu ca. dumo vel molli dolorem non efficit ni-
si in calidum convertatur. sed potius sedat. est ex hu-
more salso ex dulcedine enim est dilectio ex acuto
punctura. asperativus est ex humore sicco. mordi-
cativus ex humore acuto. fatigativus ex labore
aut ex humore extensivo aut ex ventositate
et vocatur fatigatio laboriosa aut ex humore
mordicativo et vocatur fatigatio ulcerosa. et
non quod dolor aggravativus fit ex apostemate in mem-
bro non sensibili sicut pulmone et rene et sple-
ne. aut in membro sensibili cum sensum ipsa egri-
tudo iam destruxit sicut cancer enim ponderositas
sentitur nec tamen dolorem efficiat. quia sensus membri de-
structus est. dolor autem fatigativus signum est per-
venim ad febrem. sinthomaticus autem dolor nec ad-
venit nec recedit nisi sit ex apostemate vel fe-
bre acuta. Secundum locum accipiuntur signa quia
secundum quosdam in dextra dominatur colera in sinis-
tra melia. In fronte sanguis. in puppi flegma. veri-
tas igitur est quod non sequitur cum capitis dolor in sinistra g i
parte cum dominatur melia. quia splene paciente dolor acci-
dit in sinistra. et epate vel costis pacientibus in dextra
et pulmone paciente in puppi cum dolore ge-
nerat propter mimas eius motiones et propterea toti cor-
pori compatitur. unde et magis ledere assimul ascen-
dentibus et secundum quosdam si est dolor in summitate
capitis ex humoribus est stomachi pregnantibus secundum
causas accipiuntur signa. et primo secundum simpli-
ces distemperancias. **Signa distemperantiarum simp-
licium et multiarum** Coloris autem ex simplici distem-
perancia caliditatis sunt signa calor et rubor
in fronte et circa oculos et aliquis urina citrina
na tincta et pulsus velox et sompnus paucus
et gravatur et leditur a fumo calido aere et cum
plis et aliis calidis et iuvatur a frigidis et hoc a siste-
mate sine gravitate et ponderositate. lucet et sple-
ndet sine calore. frigiditatis signa sunt frig-
torem vel sustinens. frigiditatis signa sunt frig-
sensibile pallor et venarum retractio et minoratio
et aliqua urina frigida et urina discolorata pulsus
tardus et sompnus multus et gravatur et leditur
a frigidis. Signa humiditatis sunt mollicies
et superfluitates plurime et hebetudo sensus et som-
pnus multus et de hac simpliciter non egreditur
dolor eo quod hebetat. Siccitatis signa sunt duri-
cies cutis et asperitas superfluitatum et sompnor-
paucitas et iuvantur ab humidis compositarum
distemperanciarum signa ex compositione signorum
comprehenduntur. **Signa distemperantiarum compositarum
vel multiarum aliter** Distemperanciarum ex humoribus motarum
diligenter invenienda et consideranda sunt accidentia
generalia et particularia et sunt generalia et
magnitudo pulsus et ponderositas totius cor-
poris et extensio membrorum et tarditas ad mo-

tum· sudor q̄m̄ ꝓsispens ⁊ grauitas ⁊ eleuit
io ⁊ destructio appetitus ⁊ usus multor ciboꝝ
⁊ potuum ⁊ quietis s̄m purgacōne flōma ⁊
labore. **Signa sp̄alia hūoꝝ hundantiū ut̄ ⁊ p̄ sanguis.** ¶ Specialia humoris uni cui cumq; sig
sunt sanguis dolor in anteriore p̄te capitis
⁊ hora sanguis grauitas mai· s· ab hora .ix. noc
tis usq; ad terciam diei· ⁊ cap̄ sentitur actu ca
⁊ pulsacō circa tempora ⁊ sōpna ⁊ rubor cor
poꝝ uene plene ⁊ tumide ⁊ molles ⁊ facies ru
bea ul' subrubea oculoꝝ alba· alba oculoꝝ ru
bea ⁊ sanguinea sputū dulce sitis nulla· aut
modica· fastidiū cibi ⁊ omnium membroꝝ gra
uedo· corpor multus sensuum stupor· pulsus m
agnus fortis ⁊ uelox ⁊ moll' ⁊ plenus· Vrina
rubea ul' subrubea ⁊ spissa ⁊ accīt mag̃ hi do
lor ex sanguine in complōne etate regione ue
re dieta calida· ⁊ flante austro ⁊ dimittere so
litis flōmam· Vnde sepe distillat sanguis a na
rib; ⁊ eius egritudines sunt sinoch' ⁊ pustule
rubee ul' in carpore rubee. **Signa coloꝝ ꝫ.**

¶ Colere habundantis signa sunt dolor acutus ⁊
pungitiuus ⁊ precipue dextre partis capitis
a tercia hora diei usq; ad .ix. horam eiusdē ⁊ ca
put tactu calidū in profundo ⁊ in superficie ex
punctas sopnus ⁊ sōpna rubeor ut ignis
⁊ sulphris albi oculoꝝ citrina ⁊ q̄m totius cor
poris ⁊ sputa ⁊ oris amaritudo ⁊ q̄m sputum
citrinum ⁊ asperitas lingue ⁊ siccitas nausea
⁊ uomitus q̄m colericꝰ citrini ⁊ uiridis defectꝰ
appetitus cum desiderio potus magno ⁊ egōes
ul' uirides qz uix est replecō capitis nisi cum
replecōne capitis nisi cum replecōne tocī
liquor qui pnares emittitur in exitu pūgit
⁊ urit. Superfluitates autē plime pulsus cir
ca tempora fortis ⁊ durus breuiter dormiunt
⁊ in cōposicōne tota habitudo est tenuior. Vrī
est intensa s̄m complōnem corporis· ci· ru
ul' subru· cum tenui suba clara ⁊ lucida ⁊ ali
quādo est pinguis ex dissolucōne humor a colā
⁊ ꝑturbacōe pulsus uelox frequens ⁊ dur'
uentris constipacō ⁊ dolor ad radices oculoꝝ
q° accīt ex complōne sicca pilosa estate· regi
one ⁊ dieta in calida dispōne cōuenientibus
in omittentib; purgacōnes ⁊ flōmias ⁊ i
currentib; egritudines colicas ut tercianā
causon· ⁊ terciana ⁊ similia· huis omnib;
⁊ plurib; emergentib; colera eē in causa de
clarabitur. **Signa flatus ⁊ eius sp̄ebus**

¶ Ex flē coloris signa sunt dolor capitis g̃ua
tiuus precipue in occipicō mai' in horis flīs
· s· ab hora nona noctis usq; ad ·t· iam eiusdē
sopnus longus ⁊ profundus ⁊ sompna alboꝝ
ut pluuiaꝝ ⁊ aquaꝝ facies alba ul' pallida
⁊ ꝑ tumida· oculi subalbidi ul' subpallidi· i·
non expresse albi· stupor ⁊ ebetudo sensu
um habundās saliua more ⁊ insipiditas sp
utū s̄m diuisitates flīs erit diuisum ⁊ ī sig'
Ex flē dulci sputum est dulce albū medioc
ter digtū· eructuacōnes dulces fastidium

cibi ⁊ potus calor circa stomacum in profundo ex
magis infestantur in hora sanguis ⁊ flīs. Ex
salso sputum erit salsum album digtū ⁊ ī sba
mediocr siccitas oris sitis pauca mediocris ex
defectus appetitus quibusdam nausea ⁊ uomi
tus ⁊ quibusdam pruritus circa frontem ⁊ fa
ciem ⁊ extrema. ¶ Ex acri sputum est acre
ul' acetosum indigtū tenue· Iuuād· eructuacō
10 Consimili modo quidem operatur calidum et frigidum in re humida et in re sicca. Flamma enim calor debilis resolvit humores terrestres in aquosas. Similiter ingrossando et inspissando ex aere fit aqua. Debilis ergo caliditas agens in humido generat aqueos humores, in sicco ventosos. Similiter dico de forti calore excedente resolvit in aereas, sed in humido magis resolvit in humidas. In sicco agens in ventosas. Epar enim in omni resolutione sive a calore forti sive a debili fit. Epar generat aquam et ventum, minor enim est que moveat quam que motum compleat. Motor sic quia fit sed non completio. In frigidis causis aqua magis et ventus minus. In calidis econtrario. Unde dico quod quemadmodum fit in hyeme debilis calor qui est in aere resolvere sufficiens est ex terris et aquis aquam et ventum, sed dum agens in humido resolvit in pluviam, agens in sicco resolvit in ventum. Ventum est plus generatur ventus et cum vento plus ... non totaliter in ventum resolvatur. Unde venti et pluvie generatio est proxima, eo quod ... sit aqua. Subtilius aer quemadmodum dicit Aristoteles: Omnis vapor est duo vapores, vapor humidus et vapor siccus, ... in humidiori cedit in naturam venti. Sic dico quod calor epatis remissus si ... cum humido resolvit in aquosas et aereas, sed in aquosas magis propter ... a qua generatur. Et si ... cum sicco resolvit in aereas et aquosas. Sed

aereas magis propter earum calorem. Unde in leucoflantia maior aquositas. In yposarcha maior ventositas, cum hee species ad invicem comparentur. ¶ Secundo dico si sit distemperantia resolventis virtute epatis cum humiditate generabit multum de humiditate aque et ventositate et de aque humiditate propter indigestionem. Unde cum multum sit de succo pristine de quo parum convertitur ad formam humoris, multum remanebit de indigesto, cuius pars a calore excedenti resolvitur in aqueum et pars in aereum propter inequalitatem succi. Et si sit distemperantia a calore in succo, multum resolvetur in ventuositatem et parum in aquositatem. Ventus enim est vapor siccus. Maior igitur generatur ventositas in tympanite et minus de aqua humiditate. In aschite econverso. ¶ Est autem omnis aqua ydropisis citrina et salsa, eo quod cum humoribus citrinis et salsis commiscetur. Et dico quod quanto magis cadit virtus epatis in sua causa, magis generatur de aqua quam de ventositate. In processu temporis similiter quanto magis cadit virtus, magis generatur de ventositate in processu. Unde omnis yposarcha cum leucoflantia et aschites fit timpanites in processu. ¶ Ex predictis patet quare aqua generatur in ydropice et ventositas et aqua salsa. Et dico quod aqua generatur in omni specie ydropisis propter indigestionem, cuius causa est defectus caloris virtutis epatis. ¶ Est autem succositas multa quia cum non digeritur non immutatur, quia remanet cum immutatione pauca. In omni tamen digestione quando in ebullitione quedam resolvitur fumositas qui nichil aliud est quam ventositas. Quod est dispositionem epatis et humorum in aqua agit calor debilis, generatur aqua et ventositas. Quare quod in leucoflantia est humoralis in humida multa, multum de aqua et parum de ventositate generatur. Quia autem yposarcha tamen quamvis sit humida, dispositione tamen epatis sicca, magis in fumum quam aquam resolvitur. In calidis autem speciebus quia est calor resolvens et consumens et levius fumum consumit quam aquam humidam, et aqua consumitur et fumum potius quam generatur. ¶ Et dico quod in hiis speciebus quia calor est et est debilis in radice et ideo fit indigestio et siccitas accidentalis et indigestio et aque generatio. Calor autem accidentalis multus quod non digerit et quia accidentalis operatur motus et non consumit, unde resolvit propter ebullitionem magnam in multum fumum. Virtute autem fortiore calore fortior est resolutio ut in tympanite. Ad quibusdam questionibus ¶ Dic quod maioritas vel minoritas quantitatis non variat. Sed in speciebus calidis autem nichil variat species non maioritas vel minoritas generationis aque et ventositatis. Quod non videtur propter hoc variari species quia non sunt nisi due species, una ex frigiditate alia ex calore. ¶ Secundo in proportionali generatione facilior est conclusio, in quarto difficilior, quia cum est calor complexionis, quod facilioris est consolationis et reductionis calida species quam frigida, quod curabilior. Secundo facilioris est reductionis species ad speciem quam status omnium ad speciem. Quod calida species facilioris est curationis. Secundo difficilius est contraria quam per consimilia. Quod frigida species est difficilioris curationis. Secundo maior est repletio et repletionis generatio et coadunatio curare in frigidis, quod difficilioris est cure. ¶ Et dico ad primum quod potest inveniri quod maioritas et minoritas in nimio faciunt diversitatem in specie. Dico autem quod in omni quantitate humiditatis diversitas et etiam formalis dispositio epatis introducens maioritatem vel minoritatem aque vel ventositatis faciunt diversitatem in specie tali. Ad aliud dico quod calida species non curatur quia si exhibeantur per calida causativa augetur consumptio, si calida, antecedens. Secundo ex fundamentum est et radix et minuitur tota humiditas. Et si corruptio et delicatio non est reparatio. Sicut enim distemperantia epatis vel membri complexionem operari potest non cibis non [illegible] humectando, quia siccitas ultima epatis irreparabilis est. ¶ Secundo calida radicalis rarificatur in raro quod non immutatur calor sed exspirat virtus. Exalante autem humido exalat similiter quod non est calor. Deficiente autem complexione deficit quod super ipsam recipitur ut complexionalis. Quia

deficit virtus immutata deficientibus complexione et compositione calida epatis a specie. Quare ex ydropisi calida non est epar. Sicut falsus denarius non est denarius, quia ipsi nulla est reductio nec secundum speciem nec secundum statum. ¶ Secundo morbus ubi fit vicium in poro peccat tam secundum complexionem quam secundum compositionem, quia rectificari habet per stipticam actiua augeretur enim antecedens et consumptio. Secundo cum in eo sit vicium in complexione calida habet per calidam, quod sic deberet ei distemperantia. Quia extinctio duobus modis fit: per suffocationem et rarefactionem; materia extingueretur suffocando, stipticitas rarefaciendo. Secundo consuetudines et etiam non curantur. Unde Aristoteles: quare ethica vulnera non curantur, medicum scire geometrice quia. In ethica autem non est principium nisi finis. Contingit autem quia non potest aliquam ponere principium. Unde hic calor generativum ventositatem, ventositas dispergit calorem, utrumque est destructio alterius et ipsa. Quare ethica. Item cum ex generet in ventositatem, ventositas propter rarefactionem siccitas dispergit virtutem epatis. Unde cum duricia superabat prohibeat resolutionem in calida. Conservativa fortissimo indiget resolutivo. Unde cum morbus sit in ethica ut resolvetur oportet quod sit in calido. Unde non conveniunt morbo non per calidum resolutivum in iii. et per calide quod non resolvat ventositatem ut addat in fumositatem et caliditatem redeunte super epar. Et hoc genus salubris cause sunt: nasturtium, calore enim aperit et resolvit et consumit; aceto siccitate stipticat penetrat et constringit tamen iuvat quam ex. Secundo hoc genus est fumigatio laudabilis ex lapidibus candentibus fluminalibus positis in aceto optimo aspersis. Et id fit ex hiis diureticis in stupha. Secundo ex hoc genere est stercus columbinum cataplasmatum. Ista enim resolvunt aquam et aperiunt siccitas et non addunt ventositatem. ¶ Et dico quod in hoc morbo facilior est reductio status ad speciem quam speciei ad speciem. Facilius curatur leucoflantia, solo enim a statu suo ex omni declinavit, minus quam tympanites; ibi autem omnino declinavit a specie. Hec autem partem a statu et a specie. Quare reducetur status ad statum et speciei ad speciem. Quod facilioris reductionis erit status ad speciem quam speciei ad speciem. Quia cum in frigidis speciebus status non quamvis maior sit repletio facilior est cura per contraria quam calida species cum similibus.

Signa uniuscuiusque De signis uniuscuiusque speciei ydropisis speciei dissere. Et sunt signa leucoflantie tumor vinualis et hic est propter vigorem expulsive quia fit per formam et humorum quia adhuc ex non multum declinavit a sua virtute. Unde longe expulsio. Et quia calor est debilis quod frigiditas appellatur et ex status sub humida dispositione multa superflua generantur et vigore expulsive expelluntur, que sua ponderositate labentes ad tibias eas inflamant et in processu crescunt et ultimo faciei et quandoque testiculos multa replentur et cutis horum mollior est alba et mollis ab albo humore subtiliso et lucido. Et digito impressus signum foraminis manet et paulatim resurgit. Color est pallidus autem citrinus. Corporis inflatio, pigritia ad motum et sensuum stupor et occupatio et pluries sompnum. Et sompnia aquarum et balnei et navigationis. Nimia mollicies totius corporis. Frequens fluxus ventris ex indigestione et ex dispositione frigida [illegible] non iungitur appetitus. Urina in principio est pinguis et alba et quandoque lateritios in augmento et statu et confirmatione propter multam opilationem addit in tenuitatem. Signa yposarche.

Yposarcha non quia distemperantur ex in frigido et sicco. Quia cadit virtus equalitatis epatis debilis est expulsiva. Unde non transmittuntur superflua usque ad cutem sive in poros sed sub carne retinentur, unde suscipit hec species denominationem. Unde non tantum inflatur sed caro fetet cum respiratione mali odoris ex corruptione fumi et ventositatis inclusi. Est autem amplior et vesicatio cutis et cutis vivida et est corporis vinualis et habitudo

II

scilicet liuida · et quandoque cum rugositate et inequalitate · vrina discolorata · mediocriter tenuis uel mediocriter spissa · et quandoque liuidi uel cinericii coloris · et kacopos · quandoque per multum tempus precessit et in confirmacione pallida et liuida et tenuis mediocriter. ¶ In omni genere tercia specie ydropisis in principio longo tempore precedit vrina alba et spissa et obscura · cum quadam perturbacione cum liuido uel cinericio colore · Quod autem timet dicitur infra. ¶ Cum distemperatur epar in calido humido · cadit calor naturalis et sic inducitur animalis · vnde loco sanguinis generatur humiditas et uentositas · quia sic inducitur calor dissoluens · vnde cadit ut sit digestiua et expulsiua · que retineat superflua · et inde sic fiat et uentri situantur et uenter percussus sonat ad modum utris semipleni · aque et uento vnde denunciatur.

Signa asclitis

Aschites autem uero dicitur · Cum autem distemperatur in calido · et sic calido humoro oppilatio sit et digestiua quam expulsiua que sit resoluto uinta in uapore siccum extendentes fortiter uentrem · qui percussus resonat ad modum tympanum · a quo tympanites denunciatur. Sig-

Signa autem ista specierum contra caloris · tamen · Inflacio tympanitis pedum et tibiarum et superiorum partium usque ad os stomachi · Gracilacio brachiorum et colli et faciei extenuacio · narium acumine · oculorum concauacio et rotunditas. Et dicunt quidam quod ex distemperancia gibbi in calore et humore apparet post inuaporat spiritus et fumum in sima · que sit distemperancia et indigestio et inde nascitur alchites. ¶ Cum autem distemperatur gibbus in calore et siccitate · vnde euaporat spiritus et fumi et deficit calor et generatur timpanites · sed hec assignacio improprie esse uidetur · cum contrariorum eadem debeat esse disciplina · Quoniam autem sanguis a uirtute epatis est specifica · et forte tota et non gibbi · quia lapsus ei esse sed huius lapsu uirtutis et non gibbi · non totum sed gibbum disponatur. Signa autem huius speciei discernantur quia in alchite apparet vrina mediocriter tenuis uel mediocriter et alii spissa · in timpanite tenuis · et vrina in utroque est colata incensa et subrufa uel rufa · quod specie est mala · rufa uel subrufa · sed de urinis contra statim expedietur. ¶ In timpanite autem maior est tensio uentris et durior · ex sicciori uentositate · In alchite parum mollior et inflacio maior cum colli gracilitate magna et tabescente humiditate corporis magis ac magis cotidie et cinulo colore ut icterice uel uentris autem subfusci. Cum scabie vnnullam prurigine et inde sunt plenitetica passione · et non discutitur ad inuicem per oppilacionem · latitudinem · regionem · dyetam et reliqua particularia. Et dico quod iste due species inducte nullo modo curantur · grauissime autem due inducuntur. Prime autem due inducte sibi · non suscipiunt medicacionem · multos tamen in processu multo temporis per se uidimus curatos ex paulatina confortacione caloris epatis et resumpcione uirtutis. In principio autem ante confirmacionem a discreto curari possunt. Quartum autem est inflacio ex indigestione et uentositate diffusa per totum corpus quam ydropisis · et alii cum stupeo uentre · et quandoque cum febre · ut socii mei quod super inflacionem apparebat esse leucoflantie cum febre · terciana et vrina erat tenuis et fluxu uentris usque ad · iiij · sellas cotidie · sed erat iuuenis et quandoque melicus et ex multa indigestione contingat. ¶ Digessi nimium cum decoctione liberar et fracar et multo gariofilato et datis mina bol · cum · et febris soluta est uentre et ducebatur ad balnea sulphurea solo curatus est. ¶ Curatur quoque talis per digestionem · euacuacionem leuem · et stupham. Causa antecedens quandoque est distemperancia spiritualium in quantitate · vnde attrahunt a fontibus · fontes a uenis · uene ab epate · epar a stomacho. ¶ Stomacus quoque nimium inanitur nimium potum appetit · vnde recipit magis de potu quam oportet · vnde suffocatur calor et fit indigestio · vnde cruda succositas ueniens ad epar calorem suffocat · vnde

sanguis crudus aquosus nimis effunditur et per diuturnam quantitatem et frequenciam epatis oppilacionem alterat et inde fiunt quicumque · hoc est autem sepius in eo stomacho infrigidari vnde cadat digestio · Similiter in eo intestinorum nequimentum deprimere succum a fece · quia ipsum uenientes ad epar ydropisim faciunt. Ideo sic in eo splenis non depurantes epar a melancolia. Similiter et uicium renum oppilacionem redientes super epar · Similiter sanguis menstruus autem emorroidarum retentus · Similiter fluxus corporis superfluus · autem per uarices nimium uel euacuacio et uirtute epatis exsoluens quandoque ad ydropisim inuita tus. Et quandoque eius sanguis superfluus in ueniculatas nimis taceris redientes super epar · uirtutem ipsius suffocat et extinguit. Similiter causa est nimius coitus · quandoque est ex epatis apostemate male curato · causa uero epatis et nimiis sitibus causis uirtute epatis suffocantibus · aut a sui oppilacione aut compressione circumstantibus tamen plurimi specie ydropisis.

De siti

¶ Dubium autem est de siti quomodo sit possibile in leucoflancia · cum totum corpus disponatur in frigiditate et humiditate · et stomachus repleatur humiditate · cum tales distemperancie faciant appetere similia · et illud contraria · vnde potius deberent appetere uinum quam aquam. Et dicunt ad hoc · quod quamuis nimis repleta sint humiditate illa · tamen humiditas est ingenerens et inutilis · vnde nimis appetunt humidum simile et siti inducuntur. Et licet illa distemperancia sit accidentalis et non substancialis · quia cum contraria est in habitum efficitur quasi naturalis · ideo appetit simile · scilicet aquam tamquam similis. ¶ Et cum multum sit manifestum de siti · a quo autem humiditas non restaurans · simile non sicut habunda humiditatis ea non satiatur appetitum · sed potius irritatur · Sed quod non sit sic est in ea specie. Et dico quod ibi appetitur corpus. Alii dicunt sic · quod sitis prouenit ex eo quod in hac specie ydropisis maior est repletio quam in aliis vnde retinentur uapores calidi et sic in corde grauati · cum non possunt exire per flatum · vnde illi retenti calefaciunt spiritualia et ratione uiciniatis desiccatur os stomachi · vnde fit sitis. Sed illa distemperancia in calido et sicco quod est similis faciet appetere contrarium. Et quanto magis replentur tanto potius magis comprimuntur spiritualia · vnde calidi uapores in corde grauati retinentur · et os stomachi magis desiccatur et inde maior sitis generatur. ¶ Ite aqua frigida in stomacho recepta frigiditate sua fundum stomachi oppilat et uia cibi clauditur · vnde resoluitur fumus et replet os stomachi et cum calefiat distemperat os stomachi · et desiccat et sitim inducit. Et non possunt esse dum in calido specie aliqua uel stomacho calido · sed in stomacho distemperato frigiditate quod calefacto est in uapore a debili calore dissoluto · propter quod dico quod uapor dissolutus ab aqua non satisfacit appetitum quoniam non mittitur conuertitur in substanciam corporis · vnde iuuat tamen aliquando · et addit in sitis generacionem.

De coloribus urinae in ydropisi.

De vrinis autem ydropicorum dico quod albedo ex defectu caloris et indigestione summa generatur · precipue sic debilitate epatis et causa uirtutis generatiue · maxime si humor superfluitatis in uenis uirtute digestiua debilitatur · vnde ex multo tempore ydropisis inualescit. Et si remissa sunt et spissa quia calor nichil separat de tanta indigestione · si cum quodam sunt liuiditate per totum leucoflanciam significat longo tempore precedere · quia ydropisis non inducitur · liuiditas autem illa est ex mortificacione naturalis caloris · Sed non sunt multum remissa uelut cacopos et liuidi anasarcham significat · quia anasarcha ex minori frigiditate quam leucoflancia generatur et hoc longo tempore precedit · quia ydropisis non inducitur sine longa indigestione precedente. Vrina quoque alba et spissa et obscura cum quadam perturbacione cum liuido uel cinericio colore per totum multo tempore precedente leucoflanciam significat cum calidis inchoantibus deinde ut sunt indigestio inflacio pedum · uentris et faciei in nocte tumor maior pedum post prandium tumor impressus digito

foramen fiet. Urina autem karopos et spissa et livida vel cinerei coloris longo tempore precedente yposarcham significat. Viridiores autem colores in huiusmodi male sunt ut citrina vel rufa. febrem enim significant rufa vel subrufa ex aquoso sanguine in venis contento et non perfecto redditur. sed mediocriter frigus livida ut apparet in alchite et quod hec passio non cito invalescit sed quod longo tempore confirmetur autem quod alchitem iudicemus. Distinguitur autem sic. si fuerit urina rufa vel subrufa et per totum spissa in superficie apposita manu livida et turbulenta continua cotidianam ex [illegible] significat. Si fuerit talis per totum livida cotidianam ex [illegible] significat in matrice vel spiritualibus perfectam. Si autem a medietate livida superius multo tempore precedente alchitem iudicabis. Ex calefactione autem epatis urina rubea vel subrubea mediocriter tenuis et mediocriter spissa apparet urina ut in timpanite. que licet non fiat ex humore tamen ex epatis calefactione sanguis qui in eo continetur ex colera admiscetur quod cum urina emissum urinam reddit in superficie viridem vel lividam per minorem vel maiorem adustionem. hec autem non contingit nisi longo tempore precedente sed quod epar fuerit calefactum. Solet autem apponi quod quelibet species ydropisis habet fieri ex indigestione et ex distemperantia sive in frigiditate. Cum ergo urina in sima epatis generetur loco sue generationis habet attestari. ergo vel est nuncius fallax vel simam epatis calefactam esse ostendit talis urina. Contra dicunt. Omnis ydropisis habet fieri ex indigestione sed diversimode. quod leucoflegmantia et yposarcha proveniunt quod locus digestionis scilicet membra frigiditate distemperatur. Alie due species alchites et timpanites contingunt quod partes epatis id est exteriores sunt in caliditate distemperantur et ita rarefiunt et aperiuntur pori illi adeo quod calor illis exeuntes concepto simul cum spiritu exalat. Et ita locus digestionis a calore destituitur et ita fit indigestio. Et sic contingit quod calor est causa indigestionis. licet digestio fiat per calorem. Sed cum urina generetur in sima epatis eius frigiditatem non attestatur. prohibetur attestari caliditati gibbi epatis per quod transit non semper est nuncius fallax. sed apta est nunciare non fallax est veritatis quam sanguinem operatur. nisi aliunde impediatur in gibbo epatis calefacto ex colera succensa in eo existente irritatur. quod colera tunc sese urine admiscet et eam colorat vel per gibbum calidum transiens incensionem ut alii dicunt acquirit. Sed est oppositio quod talis in dyabete cum transit ad callos renes debeat colorare. Sed quod ex diuturna mora que fecit in gibbo epatis calido propter angustiam capillarium venarum non cito valens exire intensa efficitur. si in diabete parvam moram facit in renibus et renum venis et urinalibus meatibus per calorem ampliatis. Vel possumus dicere quod sima epatis distemperata est in calore cum urina in alchite et timpanite attestatur. Dicitur tamen ille species ydropisis fit ex indigestione quod cibaria prius dicta non bene decoquuntur duabus de causis. Una quod [illegible] exterius epatis distemperato. [illegible] massa in eo exterius aduritur. et interius cruda remanens. exemplum carnium que [illegible] posita et nimis forti igni apposita exterius aduruntur. cruda interius remanent. In [illegible] que [illegible] apparet et in pane exterius tostato interius cruda remanente. Alia autem causa est licet calor accidentalis intus sit [illegible]. calor tamen naturalis id est spiritus pauci existunt et calore digestio celebratur. quo absente vel parum existente fit indigestio. id est non bona massa [illegible] in sanguinem transmutatio accidentalis. unde locus exuritur et in urina colorem inducit. De causis livoris in ydropisi.

Livet autem urina ex debilitate epatis et deficiente naturali calore ex indigestione crudi et grossi generantur humores qui [illegible] cum urina faciunt livere. Sed non semper crudi et grossi humores causa livoris. [illegible] omnis urine significantes grossos et crudos humores livere. Licet ex [illegible] et debili calore generantur [illegible] illos dicunt urina reddi lividam. propter velud ydropicis. Sed ex debilitate epatis potest urina livere. quod ex debilitate sive epatis. et deficiente calore naturali ex indigestione grossi. et cum crudi generantur humores. scilicet cum illa crudum indigestum quod cum sanguine generatum ad membra transmittitur nutriendi et parum de ipso ab ipsis recipitur. faciens ibi moram cum non fiat a calore naturali depuratio. sola frigiditate livescit et mortificatur. Cuius pars cum urina expulsa eam facit livere sui admixtione. et si longo tempore fiat necesse est ut ydropisis ex indigestione interius epatis debilitate per frigiditatem sequatur. ut leucoflegmantia et yposarcha. cum autem ex calido et humido virtus digestiva epatis debilitatur aquosus sanguis et crudus generatur. Qui cum propter suam cruditatem non incorporetur. nec a calore naturali moveatur penitus mortificatur et livescit. cuius pars cum urina emissa eam facit livere. et si longo tempore hoc fiat ydropisis scilicet alchites invalescitur. Si vero intensior fuerit calor cum siccitate fit adustio unde [illegible] viridis urina apparet in superficie scilicet in timpanite. Ex calore autem mortificante dicitur urina livere. potest enim ut autem intensus calor esse accidentalis et paucus esse naturalis. propter paucitatem spirituum et consumptionem substantialis humiditatis. unde calore naturali deficiente ex mortificatione potest livere urina. Livet autem duobus modis ex accidentali. quod statim potest consumere quantum dissolvit. tunc consumpta substantiali humiditate membrorum deficit calor naturalis cum suo proveniente fomento. et hoc in pacientibus contingit. unde enim contraria qualitate invalescente. scilicet frigiditate fit mortificacio et urine lividitas. Si autem calor plus dissolvit quam consumit. pars non consumpta et dissoluta cum urina egreditur. et oleaginam reddit ut in diuturnis febribus contingit. Livet autem ex calore [illegible] modis uno tamen dum accidentalis per calorem extraneum calor corrumpitur naturalis. quo deficiente frigiditate invalescente lividitas inducitur. Secundo autem modo livescit urina a calore directe. quod dum calor naturalis substantialem humiditatem membrorum consumit et de [illegible] sanguinis in venis contenta quam pars cum urina egrediens lividam vel oleaginam reddit urinam ut in ethica. unde talis in superficie livida vel oleagina multo tempore precedente appareat ethice indicium et [illegible] rubor cum quolibet colore fuerit [illegible] in venis sit succensa magis unctuositas sanguinis et humiditas [illegible] lata resolvitur et urine admiscetur. Secundo autem modo urina a calore livescit directe. et de hoc satis dictum est in cura [illegible].

Job autem videtur quod a caliditate et frigiditate **Propria opinio** livescit urina sic. cum frigiditate interius debilitatur sanguis generatur aquosus. quod cum ad membra nutrienda transmittitur eius pars [illegible] incorporatur. residua aquosior et minus a membris respuitur. faciens quod ubi moram cum non fiat a calore naturali depuratio sua frigiditate livescit et mortificatur. et ut superdiximus. si longo tempore hoc fiat. ydropisis invalescit ut leucoflegmantia et yposarcha.

12

Similiter autem cum debilitatur calore ex [illegible] quod in epate generatur et a membris non suscipiatur et motu spirituum non eventatur. unde mortificatur et livescat ut diximus alchite vel timpanite significat. Licet quamvis humor derelictus a [illegible] non livescit [illegible] sit [illegible] valde et aquositas sanguinis. quam duo per sua possibilitate mutantur. Frigiditate autem mortificante livescit urina. Deficiente namque naturali calore alterius cause scilicet frigiditatis maior incipit esse effectus. quod aquositas partes condensat in tenebris. cum albus color ab aquosis partibus debeat provenire. et a tenebris niger. Ex contrariorum condensatione [illegible] lividus color ex [illegible] frigiditate partibus condensante aquosa in tenebris niger color inducitur. de quo inferius dicemus. Potest et hec frigiditas esse

in acutis febribus et in longis egritudinibus. Accidentali namque caliditate corrumpente materiam. frigiditas potius mortificatur per quam membra mortificantur. Corrumpitur enim vel calor ab accidentali et deficit ut in paraliticis et que exalante humido exalat naturalis calor. contrarie qualitatum effectus incipiunt dominari scilicet frigiditas. unde aquilas partes condensat in terrestres urina livescit.

Accidit autem sepe in acutis urinam paulatim remitti et lividam fieri. quia paulatim in eis naturalis calor extinguitur. In quibusdam enim calor naturalis subito extinguitur et in eis est dum moriuntur urina intensa invenitur. Cum autem urina frigiditate mortificate livescit tota livescit equaliter. Sed si totaliter fuit lividitas et si post aliquantulum temporis humor in fundo resideat et in superficie urine a livore recedat. mortificationem humoris et non tamen membri significat. Si autem contingit cum lividitas reddit ex commixtione humoris. sed nullo modo residet humor in fundo et recedat dum lividitas non recedat ut dictum magis mortificationem membri significat quam humoris. Preterea contingit quod non subtiliatur urina sed in sua permanet lividitate non est ex mortificatione membrorum sed ex grossa viscositate. que ex frigiditate sua et spissa viscositate ut non ad exalare in lividitate et lividitate conservat quod per urine perlibationem cognoscimus. Grossa enim viscositas ut diximus reddit urinam perliviatam. Ex parte autem parte potest quod livor aliquando ex indebita proportione et predominio terre scilicet terrestrium et aqueorum. Aliquando commixta admixtione et indebita proportione semper est talis. et significat mortificationem corporis non potentis depurare et partes igneas multiplicare. Sed per debilem actionem caloris evaporant partes subtiles. ille livor significat mortificationem humoris et membri.

Ex commixta admixtione dupliciter. quandoque humoris. quandoque fumi grossi. Si humoris tunc quandoque partialis. quandoque totalis. Si partialis hoc est ex alio membro mortificato quod etiam humiditatem non sufficit assimilare. unde tamquam dissimile redit ad epar et epar et livere facit regionem urine sibi respondentem. Si talis per longam residentiam subtiliatur per regionem que est ex precedentibus. Si totalis tunc omnia membra mortificata repellunt ad epar suum nutrimentum. et talis urina presidentia inspissatur.

Quandoque ex admixtione grossi fumi tunc semper est partialis et livor supra per fumum talis per residentiam non attenuatur. Livor ergo color significat preparationem et inferiorum mortificationis et differentia magis in remissione malicie. Sed livor quandoque occupat totalem urinam. quandoque partem totalis. Livor ut diximus significat mortificationem membri et non humoris. aut simul membri et humoris. et quandoque humoris et non membri. Si humoris et non membri tunc per residentiam tunc debet inspissari. et lividitatem retinere. superius autem clarificari et non livere. Sed humoris et membri nulla residentia urine lividitatem potest abolere. Ideo dico in mortificatione membri quod est epar. Sed quod dicit membri mortificatio intelligitur de aliquo membro alio ab epate mortificato. ut pellis mortificationis. Michi autem videtur quod in leucoflegmantia autem ypo. quam dum urina livescit periculum est. humoris in puritate autem mortificationem significat. Cum autem tota urina livescit mortificationem epatis. et sic per omnis humoris dominantes et eodem modo dico in alchite et timpanite. De materia evacuanda

De materia evacuanda et flebotomia

13

Istec quoniam ad earum accedamus: Inquirendum est et flebotomia. Utrum non evacuatio per medicinam evacuationem et flebotomia competat et de regimine ipsius cum febre. quando in huius videtur esse dubitatio. nam omnis urine apparitio est aliena humorum. Sed in ydropisi non est humor. Sed aqua salsa et viscositas quare non competit urine. Et dico quod urine eligens non solum purgat humores. sed humoribus similes. quandoque urina camelorum et serum caprinum. unde purgant aquam citrinam ydropicorum ratione

similitudinis. quoniam non ratione proprietatis. sic purgat serum colam. et urina camelorum sola ratione proprietatis. et succus sambuci aquam citrinam. in leucoflegmantia et radix genestre et cetere.

Queritur item utrum flebotomia competat in leucoflegmantia et yposarcha. et videtur quod sic. Solvit enim ypostasim que est cum indigestionis et aque salse ypostasis extinguens et suffocans naturalem calorem epatis et venarum. ergo subtractio ei est bona. Item Alexander dicit flebotomiam esse faciendam in yposarcha. Item in ydropisim principium est in vesica primum. Sed ei que est in vesica debetur flebotomia quando evacuat sanguinem in vesica. ergo competit. Item omnis multitudo suffocans venarum debet subtrahi. Sed multitudo suffocat calorem in venis ergo debet subtrahi. Sed omnis subtractio debet fieri per propinquiora. sed hec sunt vene. ergo subtractio debet fieri per venas. Sed subtractio per venas fit per flebotomiam. ergo flebotomia competit. Contra. Flebotomia est evacuatio solvens plenitudinem sanguinis. sed sanguis ratione qualitatum confortat digestionem. ratione spiritus confortat virtutem. ergo ei subtractio addet in indigestionem et calidi virtutis quam maxime invari dicitur. ergo non competit. Item spiritus nutriuntur in sanguine. sed a spiritibus est digestio. ergo subtracto sanguine exhauriuntur spiritus. ergo est contra digestionem. Item nimium infrigidat ergo in leucoflegmantia et yposarcha flebotomia addet in eam. ergo non competit.

Item in omni ydropisi in multum evacuatur de sanguine quam oportet. ergo non est subtrahendus. sed est nutriendus. Item in ea ydropisi distemperatur epar in calore et eius gibbus. sed flebotomia infrigidat. ergo in ea competit precipue si sit ex humore calido. Item si sit ex fumis calidis. humorum precipue fit evacuatio per flebotomiam. ergo competit cum calor et fumositas educuntur. quare et maxime in ea ydropisi. ergo competit. Contra. In flebotomia educuntur sanguis et spiritus. ergo necesse est eam dispositionem et virtutem. ergo non competit. Item addit in siccitatem que est in ea caloris et apertionem epatis et rarefactionem ipsius. ergo non competit.

Et dico quod nec in leucoflegmantia nec in yposarcha simplici facienda est flebotomia. nisi ex multitudine ypostasis suffocantis calorem. Et hoc intendebat Alexander precipue in yposarcha per ipsius superfluitatem. Optima enim est eductio ypostasis et ydropisis factio si non bonus sanguinis evacuatio competit inducere.

Competit autem in yposarcha quia venenum eicit a venis ne redeat ad epar et dispergat calorem ipsius maxime cum timetur humiditas. Melius autem evenitur per venas et fortius cum sit in ungulis magis. unde nimium magis competit in yposarcha quam in leucoflegmantia. In utraque tamen laudabilis est si multitudo calorem suffocat et simulatum fiat operis facere malum ut urgeat mali. Item dico in ea ydropisi bene competit flebotomia precipue convenientibus et quandoque in ea fit per aquositatis multitudinem diminuendam. In caliditatis fit ergo per calorem et distemperanciam epatis attendendam dupliciter. Primo dividas eius partes ut dictum est. gibbus enim distemperatur in calore. Ex ea distemperancia potest apparere. unde exeunt spiritus et fumositates colere. unde in sima frigiditatis generatio introducitur. quia ibi fit indigestio. Sed per flebotomiam remittitur calor in gibbo. quare fit potior ei contractio et spirituum et fumositatum in sima retentio.

Queritur in sima fit caloris confortatio quia per caliditatem gibbi dispergebatur. Item quare urina rufa vel subrufa significat mediocritatem digestionis. utrum non significet nimium digestam in leucoflegmantia et yposarcha. Et dico quod non. Sed per mortem et tinctam cum minus calorem excedentem significat. Palliditas tamen vel subpallida. in aliquibus possunt apparere. Omnis autem urina super pallida in huius discrasia febrilem significat. Queritur utrum non provocatio febris laudabilis sit in leucoflegmantia et yposarcha quandoque in paralisi et apoplexia et spasmo.

Et dico quod non. quia in huius speciebus ydropisis fit morbus propter errorem digestionis. febris autem addit in dispositionem caloris et errorem maiorem. In huius autem non est error digestionis

sed in latitudo suffocatis venalis ex multa frigiditate cum operetur melancolie calor per consequens. ¶ Item in leucoflegmancia febricitante in epatis quia non facienda sit flebotomia et non quia non cadat digestio et cetera. ¶ Contra. Cum sit multitudo sanguinis non ab ebullicione eius que est ex venalis facile suscipit calorem quam innaturalem et adustionem quia cito postea generatur gemina. ¶ Item si leucoflegmancia febricitante generatur operetur flebotomia quia. Sed non quia sic. Non enim ipse leucoflegmancia diminuenda est cum periculosior sit et cetera. Et dico quod si fortis est per cibos confortatis facienda est flebotomia in leucoflegmancia et ypostasi ut magis declinet. ¶ Item quia de eo causa si leucoflegmancia febricitante contingat vel in epatis et dico febri. si fri. ypostasi. Dico autem quod contraria omnia cause vel morbi conveniunt periculosiori causa occurrendum est quia febri. Conveniunt tamen ad bibi possunt convenientes contra leucoflegmanciam ut endivia scolopendria. cetera. politricum. capillus veneris. Que licet sint frigida infrigidant leucoflegmanciam et ita aliquando in obstruunt. magis tamen sequitur bonum ex talium obstructione. s. in notitie eductio que facit ad minoracionem leucoflegmancie sicut per reubarbarum que est calidum bonum autem et ciatrio. que licet modice noceat incidendo discaliditatem multum tamen iuvat educendo nocivam materiam. ¶ Item quando distemperatur gustus in calore autem ex evaporatione et rarefactione spiritum a summa infrigidantur summa. et quod exhibeantur calida. ob sumitur gustus. si frigida nocerit summe. ¶ In modico quod confortat frigidum. per hoc enim clauduntur pori et retinetur ipse in summa. quod confortat calor vel. ¶ Item quia utrum in omni ydropisi conferat balneum dulcis aque. Et dico quod non competit in duabus frigidis speciebus. sed calidis. per calorem enim actualem balnei aperiuntur pori et penetrat humiditas aque secum defensivus frigiditate potentialem. quod calor morbi reprimitur. Cura ¶ Cum curationes incedentes considerare oportet utrum a debilitate virtutis. quod tunc incipienda est cum salubri a virtute confortantibus ex. si autem a plenitudine ponendum est principium a digestione et evacuacione paulatina. Virtutem multi non curant de digestione materie. quoniam infinita est. nec requirit tempus expectationis in digestione. quoniam digestionem materie confirmaretur in corbus. ¶ Cause autem salubres in hoc morbo sunt evacuatio que debet cause antecedenti et coniuncte. et subsequenti et antecedenti debet evacuatio magis per medicinam electam huius nocentis. per urinam debetur magis cause coniuncte et evacuatio per vesicas sensibiles. ut per stuphas et emplastra extenuativa debet causa consequenti que est inflatio. Evacuatio

¶ Cause autem coniuncte que est debilitatio aut rarefactio debet confortatio et constrictio et dissolutio sive consolidacio. Quo utitur eis omnis virtus hoc est contrarios. confortat et consolidat et in parte evacuat. unde non est medicina perfecta. ¶ Ordo autem medicaminum adhibendorum est ut primo precedat purgatio debilis. Deinde diuretica. extenuativa cum confortativis epatis. et cum hiis exhibeantur corrosives exhibenda et evaporata aqua salsam intercutaneam. Et in omnibus hiis adhibe extenuativa tam in cibis quam in potibus quam medicinalibus intrinsecis. et hoc precipue in frigidis speciebus in principio dum medicationi conveniunt. ¶ Calide autem species que raro sine febre sunt. incurabiles omnino reputantur. et in confirmatione et in initio febre. Omnis enim ydropisis in acuta egritudine malum. In utroque autem specie frigidam in paucis variatur cura. In hoc quod in leucoflegmancia magis convenit evacuatio. in ypostasi magis extenuatio. Cura frigide speciei

¶ Digeratur materia que in utroque cum oximelle squillitico vel rafanino. vel cum oximelle facto ex radicibus. fe. pe. apii. levistici. enulee. spargi. brusci. calamento. origani. gariofilat. in multa quantitate. cortice ebuli et sambuci. affodillorum. et purgetur cum benedicta esulata vel yerapigra. vel hermodactilis. et ducatur usque ad vii. sellas. ¶ Modice enim purgationes et in epatis in diuturnis egritudinibus faciende sunt. Oximel ¶ Oximel purgans sic fit. Recipe herbas predictas et radices et earum semina et insuper feniculi. et succum ebuli et sambuci et affodillorum radicem genestre cum croceo flore. quibus adde polipodium. radicem laureole et anabulle et yringi. ex istis fac oximel et de quo in quantum vel de vii. in vii. sumantur. Vel detur benedicta hermodactilata cum decoctione se. pe. fe. a. parum. polip. squinanti meliorum colloquintida. addita ℥ i. ÷ cum melle vel ... hec decoctio detur in sero cum ... in mane cum eadem. Detur autem omni die oximel cum aqua decoctionis fe. et maturis. Vel detur oximel factum ex succo ... ebuli et sambuci. et fumi terre. Solus enim succus ebuli vel sambuci multum confert. plus autem fe. se. pe. an. carui. cum pastaculis ... et optime panis coquitur. ¶ Potest autem si delicatus est facere panem laxativum cum pulvere esule. aut cortice laureole. aut succo sambuci. et super appone de baccis lauri et eius seminibus. Omnis potus ipsius fiat vel cum eorum decoctione vini admixtione. ¶ Celebrata purgatione aliquantula tertia die fiat stupha cum herbis ... ut ebulo. sambuco. calamento. origano. radice ... capsi ... absinthio. urtica. nepita cortice sambuci. paritaria et similibus. ¶ Exeunti a stupha confert aurea alexandrina sine opio. cum vino decoctionis feniculi. ¶ Sequenti die variatur cura quia in ypostasi et epatica cum apoforesi. In leucoflegmancia non. et ponatur ventosa super venter. In utroque cum bene fit flebotomia de saphena sub cavilla dextri pedis extracta semel vel bis in mense. ¶ Fiat clistere cum aqua marina vel salsa. In aqua resolvatur ÷ s. yerapigra. Unguentum unguentis calidis post stupham. ¶ Aliud. Ad idem faciunt stupha ex omnibus herbis que possunt reperiri cum frigidis que calidis in frigidis causis et calidis. Obruantur in diebus canicularibus in arena maris sterore bovino totaliter preter caput. Vel fiat fossa et talis fiat optime ut calidat et intus stramentum folia herbarum ... et ibi collocetur et cooperiatur et sudet. Inunctio ex sterore bovino sepius multum confert. ¶ Ducatur ad balnea sulphurea frequentius ut balnietur in aqua sulphurea salsata.

¶ Dicunt auctores si offeratur omni mane unum coclear urine capre nigre vel ovis nigre in qua decoquitur spica nardi solut ... ydropisim. per urinam et ventrem. Immo et urina ipsa potata multum confert. ¶ Quidam autem offerunt omni mane diureticum. cum vino decoctionis lapatii acuti. radice pe. macedonici. foliorum savine. que per se multos curaverunt. et radice fraxini. tamarisci. scolopendrie. calamenti. origani. Et cum volueris laxativum facere adde anisum. polip. esulam. et detur bis vel ter in septimana. Detur et dialacca. dialspinario. et secundum usum oximell vel ... sal. vel dyantos. diacuminum stomaticon. pliris et similia. ¶ Fiant sacellationes de sale tosto ab ore stomachi usque ad umbilicum et renes. vel filtrum madefactum in lexivia. in resolutum filat ... vel sal ... involvatur. super epar ponatur ysopus ... Decoquatur stercus caprinum vel bovinum in vino et oleo. et apponatur sal ... et fiat emplastrum. Fiant cathaplasmata extenuativa de ... camomilla. mellilotum. costus. aloe. spica nardi. pulverizentur pulveres cum sterore bovino cum fortissimo aceto bulliant et addita farina ordei cathaplasmentur. ¶ Aliud. Sterus columbinum et fici sicce in aceto et fece vini decoquantur et fiat cathaplasma et sepius removetur. ¶ Hoc solum in hiis sed ... contra ... tositate sunt precipua. Quidam autem dant cassiafistulam. sepius autem

evacuationem et invenimus effectum. Accipiant etiam sal sacer-
dotale in omni cibo. Utilis est ferrugo. mastix. bdellium. mag-
netis pars. Utantur etiam electuario dicto in libro. Item
cipo. diasene. diamusci. oximel [illegible]. saxifraga cum
aliis diureticis adhibeantur. Emplastrum autem [illegible] in-
nat. Si aliquis in deneget urina prius maxime, prohibeant
eis esus fructuum recentium. sicut casei. lactis. inflativa
omnia et olera. Balneentur in aqua in qua cocte sint mero-
galline. In exitu balnei subligentur etiam herba tepida su-
tum et renibus pitoniceo. Ad id valent electiones. pa-
ritaria. petrosilinum. apium. sulphur. triticum recens coctum in
aqua. panno inductum et intra cepia olei involutum ventrem
provocat. Si sint provecte etatis detur eis in potu
granum vel cicada. vini ypo. Post ydropicum cantaride(?)
iuxta capitibus et pedibus abcisis. Iniungatur eis renes
unguento aureo. Fiant scarificationes in cruribus et pos-
terioribus tibiarum. Fiant cauteria iuxta sub genu vel sup-
er. Item in tercia vel quarta etate lune apponantur ventosa sup-
er regionem epatis cum scarificatione. In sequenti lunatione in
tercia etate lune ponantur sanguisuge super regionem epatis
cum scarificatione. Hec eadem conveniunt in anasarca
in fine operis. Nam vidi plures ydropicos duplici
ope cirurgie curatos convenienter. Ut eis seriones duos
ex transverso super epar. et duos super splenem apposuimus. vel
.iiii. digitos sub umbilico incidimus cum flomo pungen-
tes. cum summa cautela aquam sallam successive et paula-
tim et interpolate educentes. Vulnus claudendo post
eductionem parvam. et multi huiusmodi curati sunt.
Hanc autem curationem modum medici moderni propter periculum
dimiserunt. nulla tamen melior est si quis ea usus esset. Sin
quorum inveniretur. Detur autem inferentes yerapigra et pille
per se. et cum aloe ad spissitudinem. quia ut diximus in fortis
uti eorum medicamine est ad evacuationes et confortantibus in
testina. ut yerapigra. et diureticis. ut spica. asaro. custo.
et semina in cibis et potibus. Et unum eorum cum seminum decoc-
tione simplicibus vel aqua splenetico. Cum autem debilis in
tipe a confortantibus ut dianthos. diacinio. aloe loto cum
mastice. Fiat sepe emplastrum super epar. stercore caprino vel
vino. farina milii cum succo ebuli. vel sambuci vel
foliis eorum in furno calefactis. Intret balneum de aqua
decoctionis radicis lauri et ebuli. et ebulorum marinorum
ad velum super crate collocetur lignea de mundis car-
bonibus suppositis. ex pannis undique super cooperto in-
cum et totam inde. et sic in uno latere. post in alio sudet
deinde in dorso et ubique. Sed caveat ne nimis insideat
carbonibus ne calore nimio urat. Utatur autem multum
fumigium de stercore vaccino. Galenus dicit quod omni
ydropico sucum plantaginis omni mane exhibent
et in calida et frigida. qui nunquam in eo invenit effectum. Io dum
ta. Dieta sit digestibilis subtilis. declinans ad siccita-
tem in leucoflegmatia et ypo. ad hu. calida temperate. Multum
cum calida dispergunt calorem debilem. Vinum sit bonum ve-
tus album clarum. vel pigmentum de spica. asaro. cipo. ga-
langa. seminibus diureticis. per tumore conficiatur. Herba calida
diuretica et nasturcium. ruta. veneria. et salvia agrestis
et addito parum de cimolea. Distemperetur cum succo ebuli
et sambuci et inde inungantur tibie et testes. Item ad
testes plinzeme cuminum et semen feniculi. et apii et addi-
ta cimolea et stercore bovino fiat emplastrum. Quidam
autem aperiunt bursam et dimittunt aquam fluere. Sed dimit-
tatur paulatim fluere ut dixi et non repente.

Ascites et timpanites cura calide et sicce [speciei]
non curantur. in initio curantur facillime. Aschites
aliquo modo in principio curatur. quia epar non est adeo infrigidatum non
expiravit omnino virtus ut in timpanite. et quia in hiis ex-
tinctio est per rarefactionem a calore et per suffocationem ab
humido salso et nitroso redeunte super epar propter congelationem sanguinis,
quibus ipsum evaporari et resolvi propter congelationem sanguinis
parvum fortissimo resolutivo indiget. Resolutio autem
fortis est a calore forti ut ab eo quod est in iiii gradu. vel
vii per quod calidum est per ea. Et est hoc convenientes gradus natu-
rem. quod calore aperit. resolvit et consumit. acetositate
penetrat et subtiliat. Item fumigium ex animali-
bus lapidibus candentibus in tantum positis aceto optimo
aspersis. et ex herbis diureticis bullitis in aceto. ista resol-
vunt ventositatem. et non adducunt in fumositatem et calefa-
ciunt epar. Valet etiam ad id stercus columbinum in emplastris.
Convenit autem sermonem dicere cibis competentis et aque diu-
retica. ex scolopendria. capillis veneris. seminibus .iiii. frigidis cum se. fe.
pe. apii carui. Electuaria dentur. dyaciminum. dyarodon.
calamenti. cum salvia et similibus usus competit. Purgetur
paulatim cum decoctione primorum. viol. rosarum. frigidorum
se. et de ea parum in sero caprino addito colatur cassia fis-
tula. tamarindi. manna. apponitur in decoctione mirabolanorum. se
bellerici. Istud potest dari singulis diebus ad quantitatem
℥ .i. Vel purgetur cum colagogo in quo apponatur ʒ .i.
aloes. vel trifera sarracenica. vel reubarbaro. vel cum sero caprino de-
cocto in quo infundatur per noctem reubarbarum. Si inveniatur
passio. offeratur potio clisterum de succo rosarum. Tercia die
fiat balneum de foliis salicum vinearum et similium frigidorum
diureticorum. Exeunti a balneo offeratur rubea trociscata
vel recipe cum aqua decoctionis endivie vel succo eiusdem.
Sequenti die aperiatur vena epatica dextri brachii cum apotoze-
ma. Et singulis mensibus aperiatur salvatella in prima
vel secunda etate lune. uno mense in una manu et alio
in alia. Utantur hoc sirupo. Recipe succi scariole lb .ii.
succi apii. pe. ana lb .i. esule in eius proportione quartam vel
li. succi cocti sint ℥ .iii. esule. et bulliat esula in
predictis succis. addatur mastice. et se. apii. et fe. Deinde
coletur. colate addantur zuccarum. In fine decoctionis addi-
tur reubarbarum. Detur cum aqua decoctionis. se. et mastice bis vel ter in
ebdomada. Mirifice laxat et optime operatur. Dia-
reubarbarum et multum valet cum succo plantaginis semel in mense vel bis.
Fiat clistere ex decoctione absinthii. malve. herbe viol.
cum colature addatur furfur tritici. Et tunc admiscea-
tur ʒ .ii. olei viol. et ʒ .ii. salis gemme et electuarii de succo
rosarum ℥ .i. totum ad pondus unius li. iniciatur. Singulis
diebus offeratur mane mixtura duarum partium dyapapaveris
et .iii. diarodon ad quantitatem castanee maioris. et se-
quenti utatur isto sirupo cum aqua decoctionis endivie. Recipe
capilli veneris. polii. adiantos. herbe viol. empetrum. ra-
dices fe. pe. ebuli. et sambuci. fraxini. genestre.
salicis. radicis liquiricie. corticis tamarisci. cum rasura ebor.
seminum citruli. et omnium sandalorum. nenufaris. spodium. uvas
passas. scolopendrie. endivie. absinthii. spine marine.
... .iiii. se. frigidorum ana. conterantur et decoquantur in aqua.
colature admisceatur zuccarum et fiat sirupus. Vel accipe
eadem cum cortice. rad. fe. pe. et spica. ana. scolopendrie. et
empetrum decoquantur in aqua. Post decoctionem apponatur parum reubarbari.
multum educit in. per per secessum. per per urinam. Sine periculo
sine laxativo fiat potio. per appositionem reubarbari. vel fa-
monee. Spica ana. decocta in sero caprino. Qui-

